

CHRISTUS DOMINUS
SYNOPSIS

SACROSANCTUM CONCILIUM

DECRETUM DE PASTORALI EPISCOPORUM

I

SCHEMA DECRETI DE EPISCOPIS AC DE DIOECESIUM REGIMINE

II

SCHEMA DECRETI DE PASTORALI EPISCOPORUM MUNERE IN ECCLESIA [Gen. A, B]

II [Gen. A] Ad textum novi huius schematis elaborandum Commissionis Patres in quinque Subcommissiones distributi sunt, ut singula eius capita separatim accurati appararentur, quae deinde ab omnibus Patribus coniunctim disceptarentur, emendantur, approbarentur. Ab uniuscuiusque Subcommissionis Relatore et proprio Secretario, inter Peritos Conciliares selecto, textus confectus est habita etiam ratione animadversionum, quas Concilii Patres sive verbis in Aula sive in scripto proposuerunt de schemate Decreti «De Episcopis et de Dioecesium regimine», nec non de schemate Decreti «De cura animarum» quod attinet ad ea, de quibus agitur in novo schemate Decreti «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia».

Praefatus huiusmodi textus communicatus est cum omnibus Commissionis Patribus et cum pluribus Peritis Conciliaribus ut de eodem suas quisque animadversiones proponeret, postea a Patribus accurate perpendendas cum respectivae Subcommissionis, tum totius Commissionis. Sic igitur diebus 3-5 martii nuper elapsi singulae Subcommissiones proprium textum recognoverunt, qui denique subsequentibus diebus 6-12 in coetu plenario Commissionis diligenter examinatus et perpolitus est. Quamobrem omnes et singuli articuli seu numeri integri schematis suffragiorum unanimitate aut certe longe maiore suffragiorum parte approbati sunt.

Novum hoc schema Decreti «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia» ex praecipuis articulis coalescit, de quibus agebatur in duabus prioribus schematibus Decretorum «De Episcopis ac de dioecesium regimine» et «De cura animarum», idemque diligenter elaboratum est normis pree oculis habitis, quae a Commissione de laboribus Concilii coordinandis praefinitae sunt. Haec enim in litteris d. 29 novembris 1963 Commissione de Episcopis et de dioecesium regimine ita mandavit: «ridurre la materia dei propri schemi, in conformità delle finalità preminentemente pastorali del presente Concilio, rinviaando alla prossima riforma del Codice di Diritto Canonico gli argomenti a carattere prevalentemente giuridico», ac deinde litteris d. 23 ianuarii 1964 sic statuit: «Nello schema de Episcopis ac “de dioecesium regimine” siano incluse le norme più rilevanti e gli indirizzi fondamentali dello schema “de cura animarum”, che viene perciò eliminato come tale dall’elenco degli schemi». Ceterum iam in Aula Conciliari plures Patres [E/1318, E/296, E/1303, E/1280, E/1282, E/1347, E/1317, E/1391] votum expresserant ut eiusmodi praefatorum schematum unio fieret propter nexum materiae.

[Gen. B] In novo schemate confiendo et novus titulus, et novus ordo materiae, et nova textus redactio curanda erat, ut singulae quaestiones apte inter se coordinarentur, congrua quoque ratione habita animadversionum, quas verbis aut scripto Patres fecerunt [E/223, E/296, E/458, E/1344, E/1280, E/1304, E/1339; E/1318, E/1678, E/1305, E/1543, E/1282, E/1277, E/1281; E/1312, E/1370, E/1310, E/1279, E/1309], praesertim super schema Decreti «De Episco-

OECUMENICUM VATICANUM II

MUNERE IN ECCLESIA (7 dec. 1965)

III

SCHEMA DECRETI DE PASTO-
RALI EPISCOPORUM MUNE-
RE IN ECCLESIA [Gen., I, II]

IV

DECRETUM DE PASTO-
RALI EPISCOPORUM MUNE-
RE IN ECCLESIA
1-2

pis ac de dioecesium regimine», quod in Aula in Secunda Sessione examinatum et disceptatum est. Attamen, plene servari non potuerunt normae de reformatis aliis schematibus praefinitae (e. g. de Sacra Liturgia et de Ecclesia), quia ex duobus schematibus unum conficiendum erat. Annotare denique iuvat quod Commissio de Episcopis et dioecesium regimine novum hoc schema inscribendum censuit: «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia», quia eiusmodi titulus plane respondere videtur nedum materiae, de qua in schemate pertractatur, sed etiam peculiari Concilii Vaticani II indoli pastorali.

III [Gen.] Schematis «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia» vobis proponitur textus emendatus, iuxta Patrum vota, quae admittenda censuit Commissio de Episcopis ac de dioecesium regimine. Omnes animadversiones factae, minores quoque, diligenter consideratae sunt, tum quae ante disceptationem schematis in Aula, tum quae huius occasione prolatae sunt.

Antequam in Urbem convenienter, unus et triginta Patres, quorum tres nomine plurium scripserunt, optata sua per litteras ad Secretarium Generale Concilii miserunt. Perdurante vero hac Sessione, in Aula triginta tres Patres locuti sunt et duodesexaginta in scriptis animadversiones vel propositiones exhibuerunt. Summam eorumdem computando, centum viginti duo Patres quadragesta vota protulerunt. Commissionis nostrae diligens cura fuit priorem textum perficere, clariorem atque pleniorum reddere, quin tamen notabiliter longior fieret. Optata Patrum, quantum potuit, Commissio plurimum excipienda curavit; quae vero reponenda censuit, particulares plerumque quaestiones respiciebant.

Normae enim servandae erant a competenti Auctoritate iam praestitutae, de non inserendis schemati peculiariibus praescriptis, quae rectius et aptius in recognoscendo Codice Iuris Canonici determinabuntur vel latius ac diffusius in Directoriis Pastoralibus exponentur. Imprimis diversae Subcommissiones animadversiones perpenderunt solutionisque propositiones, allegatis rationibus, perfecerunt. Deinde, per plures conventus, ipsa Commissio easdem examini subiecit, nullam quidem earum praetermittens. Quod ut fieri posset, omnes Patrum emendationes a Secretaria Commissionis in duo volumina collectae sunt, quorum exemplar omnes Commissionis sodales ac periti receperunt.

Licet non iterum affirmando sint quae in priore relatione super schema «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia» dicta sunt, in memoriam revocare iuvat quaedam generalia quae in hoc schemate attendenda sunt principia; ita iam ab initio apparebunt rationes ob quas una ex parte nonnullae quaestiones, quas aliqui Patres tractandas aestimaverunt, revera non considerantur, atque alia ex parte textus quidam, quos certi Patres amovendos censuerunt, reapse in schemate servantur.

a) Ut in dicta priore relatione affirmatur, maximi momenti est ut synthetice

integrum Episcoporum pastorale munus consideretur, quod hucusque a nullo umquam anteriore Concilio factum est. Quamobrem id intendit hoc schema ut munerum, quibus in Ecclesia funguntur Episcopi, *principia altiora* tradantur et figura Episcopi nostra hac aetate sui ipsius officia in Ecclesia navantis componatur. Quae ergo nimis particularia Commissioni visa sunt, praetermittenda duxit.

b) Pro indole pastorali Concilii Vaticani II, de *pastorali* Episcoporum munere in Ecclesia tractatur. Hac ratione omittendas censuit Commissio quaestiones, quae a pastorali hac indole munerum Episcoporum prorsus sunt alienae.

c) Schema hoc firmiter in doctrina theologica de Episcopatu innitatur atque nexus hoc schema inter et schema Constitutionis «De Ecclesia» manifeste appareat oportet [E/2875]. Quapropter in schemate retinendas aestimavit Commissio illas quae in eodem habentur propositiones et conclusiones theologicas, quae, iuxta doctrinam in schemate «De Ecclesia» traditam, fundamentum praebent theologicum, quo munus eorum pastorale innititur, quaeque simul nexum cum schemate «De Ecclesia» manifestant.

Hisce dictis, ad animadversiones generales de schemate factas transeamus, ut deinde illas consideremus quas Patres aliqui de titulo et de ordine in schemate servato, atque tandem de schematis Prooemio protulerunt.

[Gen. I] *Animadversiones generales*: 1) Iuxta animadversionem ab uno Patre [E/2861] factam, optandum esset ex hoc schemate et schemate «De Ecclesiis Orientalibus» unum conficeretur schema, in quo principia generalia de Episcopis enuntiarentur. Respondet Commissio hoc schema servandum esse uti est, cum de Episcopis cuiuscumque sint ritus principia tradat altiora cumque schema «De Ecclesiis Orientalibus» de aliis quaestionibus etiam, Episcopos non directe respicientibus, agere debeat.

2) Nexus schema hoc inter et schema «De Ecclesia» ut manifeste appareret plures Patres [E/3076, E/2565, E/2689, E/2804] rogarunt. Consentit omnino Commissio, quae ideo emendandos censuit quosdam textus schematis, qui scilicet de Episcopis, de sacerdotibus et de diaconis agunt, ita ut doctrinam schematis «De Ecclesia» fideliter referant. Nexus insuper cum Constitutione «De Sacra Liturgia», quod ut fieret duo Patres [E/3076, E/3129] rogarunt, et ipse apparebit, cum pluries ad hanc Constitutionem remittatur in notis.

3) Maior pars ut reservaretur curiae animarum exoptarunt aliqui Patres [E/2858, E/2768], ideo merito rogantes ut alii etiam numeri prioris schematis «De cura animarum» breviter in hoc schemate assumerentur. Eorum voto satisfecit Commissio in texto emendato, quippe qui non paucis completer textibus ex dicto schemate «De cura animarum», uti legentibus Caput II huius schematis apparebit. Declaratio autem generalis de cura animarum, huius tradens definitionem, quam quidem aliquis Pater [E/2858] inserendam proposuit, tradenda non videtur, cum notio haec in toto schemate, speciatim vero in Capite II, appareat et declaretur.

4) Modus dicendi ut esset magis biblicus, minus autem iuridicus, ab aliquo Patre [E/3076] petitum est. Quantum id materiae tractatae congruum visum est, et huius desiderii Commissio rationem habuit.

5) Ab uno etiam Patre [E/2761] rogatum est ut de quibusdam quaestionibus praestantioribus tradarentur normae sufficienter concretae, ita ut Commissio postconciliaris debita gauderet auctoritate ut ad mentem Concilii quaestiones tractaret. Quantum fieri potuit, Commissio in textibus recognoscendis et huic voto obsecundavit.

6) Votum expresserunt multi Patres [E/2861] ut Episcopi Coadiutores et Auxiliares titulis decorarentur non Ecclesiarum antiquarum, sed dioecesium in

quarum auxilium constituti fuerint. Commissio tamen censuit in schemate tractandam non esse hanc quaestionem, quippe quae particularis sit, liturgicos habeat aspectus, atque munus pastorale directe non respiciat.

7) Quaedam alia etiam argumenta, de quibus, iuxta animadversionem aliquius Patris [E/2574], in schemate normae determinatae tradendae essent, praetermissa sunt. Ita in schemate non determinantur modi quibus cognosci debent candidati ad Episcopatum apti, neque affirmatur necessitas consulendi Episcoporum Conferentias, immo et Superiorum religiosos, uti ab aliquo Patre petitum est [E/2574]. Nec habentur in schemate normae quae Legatos respi-
ciunt, quos ad civilia Gubernia aut ad Episcopatum alicuius nationis mittit Apostolica Sedes [E/3046, E/3111]. Has enim considerationes ad Decretum conciliare de pastorali Episcoporum munere non explicite pertinere censuit Commissio sicut dicitur in relatione de cap. I.

[Gen. II] *Titulus et ordo schematis*: 1) Titulus schematis, scilicet «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia», qui longe plerisque Patribus [E/2546, E/2810, E/2859, E/2752, E/2632, E/2669, E/2753, E/2756, E/2804] placet, servandus est. Eidem contrarii sunt tantum duo Patres, quorum alter [E/2785] alium titulum non proponit, alter [E/2485] vero aestimat melius convenire titulum «De episcopalium munerum exercitio». Sed, ad mentem Commissionis, titulus, uti iacet, omnino respondet non solum materiae de qua in schemate agitur, sed etiam pastorali indoli Concilii Vaticani II; praeterea, ut in priore re-
latione iam dictum est, desiderabatur hucusque tractatio conciliaris quae de Episcopatu agat, ita ut modo de ipso munere pastorali Episcoporum quaestio esse debeat, non tantum de eiusdem exercitio, de quo in Directorio normae tra-
dentur.

2) Ordo etiam schematis, uti est, servandus est, in specie eiusdem divisio in tria Capita, quorum primum agit de Episcopis quoad universalem Ecclesiam, secundum de Episcopis quoad particulares Ecclesias, tertium denique de Episcopis in plurimum Ecclesiarum bonum cooperantibus. Nullus enim inter Patres [E/2849, E/2851, E/2804, E/2807, E/2810, E/2843, E/2859, E/2868, E/2907] contra hunc ordinem difficultatem movit, nisi unus [E/2759]: ad huius mentem, perspectiva, quae ex ordine schematis apparet, innuit Episcopos prius relationem dicere ad Ecclesiam universalem, et secundario tantum ad Ecclesias particulares ipsis commissas, quae quidem perspectiva evidenter fundatur super theoriam collegialitatis; praeterea, de sententia eiusdem Patris [E/2759], quemadmodum prius existunt personae et postea ex iis conflant earum communitates, sic prius existunt Episcopi et postea eorundem communitas. Commissio aestimavit ordinem schematis servandum esse, cum doctrina collegialitatis a Patribus admissa sit, cumque certum sit Christum condidisse Ecclesiam suam, i. e. universalem, in qua postea tantum constitutae sunt particulares Ecclesiae seu dioeceses.

IV 1 – Quaeritur: Abbates et Praelati *nullius* gaudent etiam iuribus, privilegiis et facultatibus de quibus fit sermo in hoc schemate? (*I Pater*).

R. – Abbates et Praelati *nullius* in iure veniunt nomine Episcoporum (C.I.C. can. 215 § 2).

2 – Quaeritur: Nonne congruum et opportunum esset ut in hoc schemate iura et facultates determinarentur Episcoporum *titularium*, qui nec Coadiutores sint nec Auxiliares? (*I Pater*).

R. – In Concilio Oecumenico quaestiones iuridicae particulares non pertrac-
tantur. In capite III, n. 38, 2 sermo fit de parte quam in Conferentiis Episcopo-
rum habent Episcopi *titulares*.

I [n. 1, 5, 1-6]

II [n. 1, 5, 1-6]

5 1.

[*Introductio*].

Animarum salus, lex in Ecclesia
 2 Christi **suprema**, semper **prae**
 3 **occulis** est habenda cum de pa-
 4 **storali ministerio** fit **semo**, at-
 que adeo cum de officio agitur
 5 **episcopali**, quo/«*nihil esse in hac
 vita, et maxime hoc tempore, dif-
 6 **ficiilius, laboriosius, periculoso-
 sius»¹** iam S. Augustinus assere-
 re non **dubitavit***

1.

5

[*Prooemium*]. [A]

Christus Dominus, Filius Dei vi-
 vi, qui venit/ut salvum faceret
 populum suum a peccatis¹ ut-
 que omnes homines sanctifica-
 rentur, sicut Ipse missus est a
 Patre, ita et misit Apostolos
 suos,²/quos ideo sanctificavit,
 tradens eis Spiritum Sanctum,
 ut et ipsi glorificant Patrem
 super terram et animas salvas
 facerent, «in aedificationem
 Corporis Christi»³
 quod est Ecclesia.

I ¹ S. AUGUSTINUS, *Epist. ad Valerium* 21: PL. 33, 88.

II ¹ Cf. Mt. 1, 21.

II ² Cf. Io. 20, 21.

II ³ Eph. 4, 12.

II [A] Praesens schema «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia» tribus capitibus constat, quibus generale prooemium praeponitur. In prooemio breviter enuntiatur materia in schemate pertractanda et connexio ostenditur eiusdem schematis cum schemate Constitutionis «de Ecclesia». Ut hoc fieret plures Patres in Aula petierunt [E/1305, E/1307, E/296, E/447, E/1354, E/1308, E/1358, E/1633], et Sodales Commissionis de Episcopis et de dioecesum regimine suffragiorum maiestate faciendum statuerunt, utpote quod valde utile vel necessarium videbatur. Elementa autem huiusmodi prooemii praecipue de sumpta sunt ex prooemio generali et ex prooemio capitinis primi schematis Decreti «De cura animarum».

Episcoporum officii varii adspectus distingui debent, videlicet munus quod uni-
 ti exercent quoad universam Ecclesiam, munus quod in propria dioecesi eorum
 quisque implet, atque tandem munus quod aliqui coniunctim in quibusdam simul
 dioecesibus alicuius regionis aut nationis exercent. Quapropter, ut synthetice integrum Episcoporum munus pastorale consideretur, quod hucusque in nullo umquam Concilio factum est, per tria capita de Episcoporum munere tractatur. In capite primo de Episcoporum ministerio quoad universam Ecclesiam agitur, quia iisdem sunt Membra Collegii Episcopalis, et quidem iuxta ea quae exponuntur in doctrina de collegialitate ac sacramentalitate Ordinis Episcopalis, a Conciliari Commissione «De doctrina fidei et morum» elaborata. In capite II de Episcoporum munere in propria dioecesi tractatur. In capite III de munere quod aliqui coniuncti quoad simul dioeceses eiusdem regionis exercent quaestio est.

III [A] Ad n. 1: Ad Prooemium quidam [E/2813] propositi sunt modus lo-
 quendi diversi a modis dicendi in Prooemio adhibitis, qui vero communius ad

III [n. 1, 5, 1-9]

IV [n. 1, 7, 1-6]

PROOEMIUM

5 1.

[Prooemium]. [A]

2 Christus Dominus, Filius Dei vi-
vi, qui venit ut salvum faceret
3 populum suum a peccatis¹ ut-
que omnes homines/sanctifica-
rentur, sicut Ipse missus est a
5 Patre,/ita et misit Apostolos
6 suos,² quos ideo sanctificavit,
tradens eis Spiritum Sanctum,
7 ut et ipsi/glorificarent Patrem
8 super terram et animas/salvas
facerent, «in aedificationem
9 Corporis/Christi» (*Eph. 4, 12*)
quod est Ecclesia. [B]

1.

7

Christus Dominus, Filius Dei vi-
vi, qui venit ut salvum faceret
3 populum suum a peccatis¹ ut-
que omnes homines sanctifica-
rentur, sicut/Ipse missus est a
5 Patre, ita et misit Apostolos
4 suos,² quos ideo sanctificavit,
5 tradens eis Spiritum Sanctum,
ut et ipsi glorificarent Patrem
5b super terram et *homines salvos*
facerent, «in aedificationem
Corporis/Christi» (*Eph. 4, 12*)
quod est Ecclesia.

III ¹ Cf. *Mt. 1, 21*.III ² Cf. *Io. 20, 21*.IV ¹ Cf. *Mt. 1, 21*.IV ² Cf. *Io. 20, 21*.

substantiam eorum quae in Prooemio habentur non pertinent. At Commissio omnibus inspectis rationibus allegatis, aestimavit textum schematis aptius convenire.

[B] P. 5, linn. 5-6 ab uno Patre [E/2813], nomine etiam aliorum duorum, propositum est ut loco verborum in fine huius numeri «in aedificationem Corporis Christi», quod est Ecclesia, alia verba adhiberentur. Textu autem, qui in schemate habetur, in quo de Ecclesia sermo est, magis logice transitus fit ad determinationem regiminis Ecclesiae, ita ut Commissio aestimaverit textum schematis esse servandum.

IV 3 – Pag. 5, lin. 2: Non dicatur «populum suum», sed: «ut omnes homines salvos faceret a peccatis et sanctificaret», ne populus electus prae aliis videatur peccator et universalitas salutis clare appareat (*1 Pater*).

R. – Textus schematis remittit ad *Mt. 1, 21*.

4 – Pag. 5, lin. 5: Non dicatur: «quos ideo sanctificavit», sed: «quos ideo docuit et sanctificavit» (*1 Pater*).

R. – Necesse non est ut expresse dicatur Christum Dominum *docuisse* Apostolos.

5 – Pag. 5, linn. 5-6: Auferantur verba: «tradens eis Spiritum Sanctum», quia sanctificatio Apostolorum non unice Spiritui Sancto tribui potest (*1 Pater*).

R. – In textu minime dicitur sanctificationem Apostolorum unice tribuendam esse Spiritui Sancto.

5b – In num. 1, pag. 5, linn. 7-8, loco verborum «et animas salvias facerent», admissa sunt verba «et *homines salvos* facerent»; missio enim salvifica Christi ipsos homines salvos facere intendit.

[*De cura animarum* n. 2, p. 5, ln. 7-10]

[DCA n. 2, p. 5, ln. 10-12]

[DCA n. 3, p. 5, ln. 13-16]

In hac Christi Ecclesia, Romanus Pontifex, successor Petri, cui/oves et agnos suos pascentes Christus concredidit, suprema, plena et/universali in curam animarum, ex divina institutione, gaudet potestate.

Qui ideo, cum

ad bonum commune Ecclesiae universae et ad bonum/singularum Ecclesiarum procurandum missus sit, super omnes Ecclesias/ordinariae potestatis obtinet principatum.

Episcopi autem et ipsi, positi a Spiritu Sancto, in Apostolorum locum succedunt ut animarum

III [A] *Ad n. 2: P. 5, linn. 7-9: a duobus Patribus* [E/2803, E/2805] alii textus propositi sunt, quibus, de eorum sententia, magis unitas manifestaretur Petrum inter et Apostolos. Verba autem schematis distincte hanc unitatem manifestant et ideo servata sunt.

P. 5, linn. 8-9: potestatem Summi Pontificis quod attinet, ab uno Patre [E/2568] rogatum est ut haec diceretur non solum suprema, plena et universalis, sed etiam immediata. Sane Summi Pontificis potestas est immediata in omnes fideles, sed, sicut in schemate Constitutionis de Ecclesia, tres illae qualitates potestatis Summi Pontificis indicantur expresse, dum indoles immediata huius potestatis sat clare affirmatur verbis nunc in hoc numero introductis «cum tamquam omnium fidelium pastor».

[B] P. 5, linn. 11-12: ab uno Patre [E/2485] petitum est ut affirmaretur Summum Pontificem habere potestatis principatum «super cuiuscumque ritus et dignitatis pastores atque fideles...», dum ab alio Patre [E/2753] rogatum est ut diceretur Eundem esse omnium fidelium pastorem et rectorem. Magis logicum visum est Summi Pontificis potestatem definire ex eiusdem fine, et ideo affirmare Eum ad bonum commune Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum missum esse. Eum esse omnium fidelium pastorem in textu emendato affirmatur. *Addita* tamen sunt quaedam verba, quibus aliquorum Patrum votis [E/2753, E/2805, E/2803] satisfit. Ita in n. 2, alinea 2 addita sunt verba: «Qui ideo, cum tamquam omnium fidelium pastor ad bonum Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum procurandum missus sit»: his enim verbis clarius indicatur potestatem Summi Pontificis esse immediatam in omnes fideles.

IV 6 – Pag. 5, lin. 11: Post verba: «successor Petri» addatur: «ut Christi Vicarius et Ecclesiae Caput». Romanus Pontifex enim succedit Petro non tantum tamquam Episcopus Apostolo, sed etiam tamquam Vicarius Christi et Caput Ecclesiae (*I Pater*).

R. – Additio necessaria non est quia Romanum Pontificem esse Christi Vica-

III [n. 2, 5, 10-22]

IV [n. 2, 7, 7-15]

10 2.

In hac Christi Ecclesia, Romanus Pontifex, successor Petri, cui oves et agnos suos/pascendos Christus concredidit, suprema, plena et universali in curam animarum, ex divina/institutione, gaudet potestate. [A]

Qui ideo, cum/tamquam omnium fidelium pastor ad bonum commune Ecclesiae universae et ad bonum/singularum Ecclesiarum procurandum missus sit, super omnes Ecclesias ordinariae potestatis/obtinet principatum. [B]

Episcopi autem et ipsi, positi a Spiritu/Sancto, in Apostolorum locum succedunt ut animarum

2.

In hac Christi Ecclesia, Romanus Pontifex, ut successor Petri, cui oves et agnos suos pascendos Christus concredidit, suprema, plena,/immediata et universali in curam animarum, ex divina institutione, gaudet/potestate.

Qui ideo, cum tamquam omnium fidelium pastor ad bonum commune Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum procurandum missus sit, super omnes Ecclesias ordinariae potestatis obtinet/principatum.

Episcopi autem et ipsi, positi a Spiritu Sancto, in Apostolorum locum/succedunt ut animarum

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

rium et Caput Ecclesiae comprehenditur in locutione: «successor Petri».

7 – Pag. 5, lin. 10: Pro verbis: «Romanus Pontifex» semper adhibeantur verba: «Summus Pontifex». Alibi enim dicitur «Summus Pontifex», quae locutio magis accepta est Orientalibus, tum Catholicis tum Orthodoxis (*I Pater*).

R. – Servatur locutio «Romanus Pontifex», quae pariter convenit ac locutio «Summus Pontifex», quaeque decursu saeculorum saepissime adhibita est in documentis sollempnibus et in definitionibus ac Decretis Conciliorum Oecumenicorum, ut e. g. in Conciliis Lateranensi I, II, IV et V, Lugdunensi II, Constantiensi, Florentino, Tridentino et Vaticano I. Ceterum etiam in aliis documentis, Constitutionibus et Decretis huius Sacrosancti Concilii Vat. II eadem locutio adhibetur.

7b – In num. 2, pag. 5, lin. 12, post verba «Romanus Pontifex» additum est verbum «*ut*», ita ut, iuxta votum 4 Patrum, textus «Romanus Pontifex, *ut* successor Petri...» clarius indicet rationem ob quam Summus Pontifex suprema, plena et universali in Ecclesia gaudet potestate. Haec potestas expresse nunc, ad petitionem 25 Patrum, in textu emendato *immediata* quoque dicitur; ita distincte enuntiatur doctrina definita in Concilio Vaticano I, quae iam implicite in textu priore affirmabatur verbis: «Qui ideo, tamquam omnium fidelium pastor».

8 – Pag. 5, lin. 20-30: Textus ita reformatum: «Episcopi autem, positi a Spiritu Sancto, in Apostolorum locum succedunt ut animarum pastores, quibus sanctificandis, pascendis et regendis a Christi Vicario et sub Ipsius Auctoritate, ad Christi opus perenne reddendum mittuntur. Christus enim Apostolis dedit mandatum atque potestatem ut docerent omnes gentes hominesque sanctificarent in veritate atque pascerent. Episcopi itaque, idipsum mandatum a Christi Vicario recipientes pro parte Dominici gregis sibi commissa, Apostolorum successores constituantur et veri et authenticí efficiuntur fidei Magistri, Pontifices ac Pastores» (*I Pater*).

R. – Non videtur textum schematis esse reformandum; in ipso enim minime excluduntur peculiares determinationes quae in modo proposito expoununtur.

I

II [n. 2, 5, 14-20]

pastores, ⁴ atque, una cum Summo Pontifice/et sub Eiusdem auctoritate, ad Christi,	15
opus perenne reddendum missi/sunt. ⁵	16
Christus enim Apostolis eorumque successoribus dedit mandatum atque potestatem ut doceant omnes gentes, hominesque sanctificarent in veritate atque pascerent.	17
Episcopi itaque, per Spiritum Sanctum/qui datus est eis, veri et authentici effecti sunt fidei Magistri, Pontifices/ac Pastores.	18
	19
	20

II ⁴ Cf. CONC. VAR. I, Sessio IV, Const. dogm. I *de Ecclesia Christi*, c. 3, DENZ. 1828: «Tantum autem abest, ut haec Summi Pontificis potestas officiat ordinariae ac immediateae illi episcopalnis iurisdictionis potestati, qua Episcopi, qui positi a Spiritu Sancto (cf. Act. 20, 28) in Apostolorum locum succedunt, tanquam veri pastores assignatos sibi greges singuli singulos pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali pastore asseratur, roboretur ac vindicetur, secundum illud sancti Gregorii Magni: «Meus honor est honor universalis Ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur».

II ⁵ Cf. CONC. VAR. I, Sessio IV, Const. dogm. *de Ecclesia Christi*, Prooem., DENZ. 1821: «*Pastor aeternus et episcopus animarum nostrarum* (1 Pt. 2, 25), ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam aedicare Ecclesiam decrevit, in qua veluti in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et caritatis vinculo continerentur. Quapropter, priusquam clarificaretur, rogavit Patrem non pro Apostolis tantum, sed et pro eis, qui credituri erant per verbum eorum in ipsum, ut omnes unum essent, sicut ipse Filius et Pater unum sunt (Io. 17, 20 sq.). Quemadmodum igitur Apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit, sicut ipse missus erat a Patre (Io. 20, 21): ita in Ecclesia sua pastores et doctores usque ad consummationem saeculi (Mt. 28, 20) esse voluit. Ut vero episcopatus ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudine universa in fidei et communionis unitate conservaretur, beatum PETRUM ceteris Apostolis praeponens in ipso instituit perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum, super cuius fortitudinem aeternum exstrueretur templum, et Ecclesiae coelo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate consurgeret».

III [C] Ab uno Patre [E/3046], nomine etiam aliorum 22, propositum est ut post verba «sub Eius auctoritate, ad Christi ...» adderentur verba «aeterni Pastoris». Huic voto satisfactum est.

Item in eodem n. 2, alinea 2, ubi agitur de Episcopis qui mittuntur ad Christi opus perenne reddendum, adduntur verba «Christi, aeterni Pastoris», quae aliqui Patres [E/3046] addenda censuerunt: ita enim affirmatur in Ecclesia omnem pastorem esse ministrum aeterni Pastoris.

IV 9 – Pag. 5, lin. 23: Ante verba: «(et) sub Eiusdem auctoritate», addatur ver-

III [n. 2, 5, 22-31]

23 pastores,³ atque, una cum Summo Pontifice et sub Eiusdem
 24 auctoritate, ad Christi,/aeterni
 25 Pastoris, opus perenne reddendum missi sunt.⁴ [C]
 26 Christus enim Apostolis eorumque/successoribus dedit mandatum
 27 atque potestatem ut doceant omnes gentes, hominesque
 28 sanctificarent in veritate atque
 29 pascerent.
 30 Episcopi itaque, per Spiritum
 31 Sanctum qui datus/est eis, veri et authentici effecti sunt fidei
 Magistri, Pontifices ac Pastores.

IV [n. 2, 7, 15-21]

16 pastores,³ atque, una cum Summo Pontifice et/sub Eiusdem
 17 auctoritate, ad Christi, aeterni
 18 Pastoris, opus perenne reddendum missi sunt.⁴
 19 Christus enim Apostolis eorumque successoribus/dedit mandatum
 20 atque potestatem ut doceant omnes gentes, hominesque
 21 sanctificarent in veritate atque
 22 pascerent.
 23 Episcopi itaque, per Spiritum
 24 Sanctum qui datus est eis, veri et authentici effecti sunt fidei
 25 Magistri, Pontifices ac Pastores.⁵

III ³ Cf. CONC. VAT. I, Sessio IV, Const. dogm. *I de Ecclesia Christi*, c. 3, DENZ. 1828: «Tantum autem abest, ut haec Summi Pontificis potestas officiat ordinariae ac immediatae illi episcopalnis iurisdictionis potestati, qua Episcopi, qui positi a Spiritu Sancto (cf. Act. 20, 28) in Apostolorum locum succedunt, tanquam veri pastores assignatos sibi greges singuli singulos pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali pastore asseratur, roboretur ac vindicetur, secundum illud sancti GREGORII MAGNI: «Meus honor est honor universalis Ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur»».

III ⁴ Cf. CONC. VAT. I, Sessio IV, Const. dogm. *de Ecclesia Christi*, Prooem., DENZ. 1821: «*Pastor aeternus et episcopus animarum nostrarum* (1 Pt. 2, 25), ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam aedicare Ecclesiam decrevit, in qua veluci in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et caritatis vinculo continerentur. Quapropter, priusquam clarificaretur, rogavit Patrem non pro Apostolis tantum, sed pro eis, qui credituri erant per verbum eorum in ipsum, ut omnes unum essent, sicut ipse Filius et Pater unum sunt (Io. 17, 20 sq.). Quemadmodum igitur Apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit, sicut ipse missus erat a Patre (Io. 20, 21): ita in Ecclesia sua pastores et doctores usque ad consummationem saeculi (Mt. 28, 20) esse voluit. Ut vero episcopatus ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudine universa in fidei et communionis unitate conservaretur, beatum PETRUM ceteris Apostolis praeponens in ipso instituit perpetuum utriusque unitatis principium sc. visibile fundatum, super cuius fortitudinem aeternum extrueretur templum, et Ecclesiae caelo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate consurgeret».

IV ³ Cf. CONC. VAT. I, Sessio IV, Const. dogm. *I de Ecclesia Christi*, c. 3, DENZ. 1828 (3061).

IV ⁴ Cf. CONC. VAT. I, Sessio IV, Const. dogm. *de Ecclesia Christi*, Prooem., DENZ. 1821 (3050).

IV ⁵ Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. *de Ecclesia*, Cap. III, nn. 21, 24, 25: AAS 57 (1965) pp. 24-25, 29-31.

bum: «(et) *tantum* etc.», nam Episcopi directe tantum Summo Pontifici subsunt (*I Pater*).

R. – Additio proposita non videtur necessaria, quia particulares determinationes non sunt semper ubique iterandae.

10 – Pag. 5, lin. 28: Pro verbo: «pascerent» ponantur verba: «gubernarent» vel «ducerent». Sic enim melius indicaretur Episcopum esse Pastorem in toto munere suo (*I Pater*).

R. – In verbo «pascere» comprehenditur etiam «governare» vel «ducere».

I [n. 1, 5, 7-16]

II [n. 3, 5, 21 – 6, 4]

3.

21

7 Episcopi ergo cum peculiari-
 8 bus praefiniantur ecclesiis tam-
 9 quam veri pastores, de omnium
 10 sibi commissarum ovium salute
 11 «quasi rationem reddituri»,² tales
 12 in munere gerendo ipsi se/hab-
 13 eant, sicque eorum iurisdictionis
 14 potestas asseratur, roboretur ac
 15 vindicetur³ oportet, ut finem il-
 16 lum divinum efficientissima/qua
 possint ratione consequi valeant.
 Itaque, quo aptius expeditius
 fructuosius evadat episcopalis
 muneris exercitium, haec quae
 sequuntur, de Episcopis ac de
 dioecesium regimine Sacro-
 sancta Synodus enuntiat, statuit
 atque decernit.

Hoc suum episcopale munus,
 quod per consecrationem epi-
 scopalem suscepérunt, Episco-
 pi, sollicitudinis omnium
 Ecclesiarum participes, in com-
 munione et sub auctoritate
 Summi Pontificis exercent

omnes uniti in
 Collegio seu corpore quoad uni-
 versam Dei Ecclesiam.

Illud quoque exercent singuli
 quoad assignatas sibi dominici
 gregis/partes, unusquisque
 Ecclesiae pecularis sibi
 commissae curam gerens/aut
 quandoque aliqui coniunctim
 necessitatibus quibusdam diver-
 sarum/Ecclesiarum communi-
 bus providentes.

Quare Sacrosancta Synodus,

I ² Hebr. 13, 17.

I ³ CONC. VAT. I, Const. Dogm. I de Eccl. Christi, cap. 3: DENZ. 1828.

III [A] Ad n. 3: P. 5, lin. 21: a sex Patribus [E/2485, E/2607, E/2605, E/2594, E/2620, E/2623, E/2546] rogata est suppressio verborum «quod per consecrationem suscepérunt». Servata sunt haec verba, ob rationes in Relatione generali indicatas: Supprimenda non esse Commissio censuit verba quae ad munus Episcoporum sese referunt, et quae habentur in n. 3, alinea 1: «munus, quod per consecrationem episcopalem suscepérunt», quorum suppressio a 6 Patribus [E/2485, E/2607, E/2605, E/2594, E/2620, E/2623] rogata est. Haec enim verba, quae exprimunt doctrinam a Patribus admissam, Episcopis ipsis fundamentum praebent eorum munerum atque nexum schematis cum schemate Constitutionis «De Ecclesia» manifestant, quod multi Pa-
 tres petierunt.

P. 5, linn. 21-24: ab uno Patre [E/2569] propositus est textus diverso modo redactus, sed eandem doctrinam continens. Servatus est textus schematis, cum modus proponendi doctrinam uti fit in schemate magis logicus videatur et maiorem ostendat connexionem cum propositione praecedenti.

[B] P. 5, lin. 24: ab uno Patre [E/2552] quaesitum est ut tollerentur verba «omnes uniti in Collegio». Ut dictum est in Relatione generali, servantur haec verba, quibus praecise indicatur modus quo Episcopi quoad universam Ecclesiam potestatem suam exercent.

[C] P. 5, lin. 25: ab uno Patre [E/2485, E/2546] petitum est ut loco verbi «quoque» poneretur verbum «praesertim». Ut iam dictum est in Relatione generali, sublatum est verbum «quoque», sed non admissum est verbum «praesertim».

Suppressum tandem est in n. 3, alinea 2, verbum «quoque», quod quidem ne-

III [n. 3, 6, 1-13]	IV [n. 3, 7, 22 – 8, 3]	
6 3.	3.	22
2 Hoc suum episcopale munus, 3 quod per/consecrationem epi- 4 scopalem suscepérunt, ⁵ Episco- 5 pi, [A] sollicitudinis omnium Ecclesiarum participes, in com- munione et sub auctoritate Summi Pontificis exercent	Hoc suum episcopale munus, quod per consecrationem epi- scopalem suscepérunt, ⁶ Episco- pi, sollicitudinis omnium Ecclesiarum participes, in com- munione et sub auctoritate Summi Pontificis exercent, ad magisterium et regimen pasto- rale quod attinet, omnes uniti in Collegio/seu corpore quoad uni- versam Dei Ecclesiam. [B]	23
7 Illud [C] exercent singuli 8 quoad assignatas sibi/dominici 9 gregis partes, [D] unusquisque 10 Ecclesiae/particularis [E] sibi 11 commissae curam gerens aut 12 quandoque aliqui coniunctim 13 necessitatibus/quibusdam diver- 1 sarum Ecclesiarum communi- 2 bus providentes. 3 Quare Sacrosancta Synodus,	Illud exercent singuli quoad assignatas sibi dominici gregis partes, /unusquisque Ecclesiae particularis sibi commissae curam gerens aut quandoque aliqui coniunctim necessitatibus quibusdam diver- sarum Ecclesiarum communi- bus providentes. Quare Sacrosancta Synodus,	24
		25
		26
		27
		28
		8
		2
		3

III ⁵ Cf. CONC. VAT. II, Constitutio de Ecclesia, Cap. III, n. 21.

IV ⁶ Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, Cap. III, n. 21: AAS 57 (1965) pp. 24-25.

cessarium non videtur. Distinguuntur in hoc n. 3 munus quod omnes Episcopi *uniti* in Collegio exercent quoad universalem Ecclesiam et munus quod *singuli* – sive singillatim sive coniunctim – exercent quoad assignatas sibi dominici gregis partes. Noluit autem Commissio loco huius verbi «quoque» adhibere verbum «praesertim», quod ab uno Patre [E/2485, E/2546] rogatum est: Episcopi enim aequali ratione consecrantur ad bonum Ecclesiae universalis et bonum Ecclesiae particularis sibi commissae.

[D] P. 5, lin. 25: ab uno Patre [E/3044], nomine etiam 33 aliorum loquente, rogatum est ut loco verborum «dominici gregis partes» ponerentur «dominici gregis oves». Servatus est modus dicendi schematis, quo etiam schema «De Ecclesia» utitur.

[E] P. 6, lin. 1: idem Pater [E/3044], nomine etiam aliorum 33 loquens, roga-
vit ut dioecesis appellaretur «Ecclesia particularis», non autem «Ecclesia pecu-
liaris». Huic voto satisfactum est propter rationes iam in Relatione generali in-
dicatas.

Mutatum est in n. 3, alinea 2, verbum «Ecclesiae peculiaris» in «Ecclesiae particularis», ad indicandam dioecesim, uti ab aliquibus Patribus [E/3044, E/2813] rogatum est. Revera vox «particularis» opponitur voci «universalis», atque modus dicendi «Ecclesia particularis» rationi dicendi in schemate Constitutio-
nis «De Ecclesia» adhibitae conformis est.

IV 10b – In num. 3, pag. 6, lin. 5, tandem, iuxta votum 3 Patrum, adduntur verba «ad magisterium et regimen pastorale quod attinet», quibus, iuxta doctrinam in Constitutione «De Ecclesia» traditam, significatur Episcopos in Collegio *unitos* munera magisterii et regiminis pastoralis exercere.

II [n. 3, 6, 4-7]

attentis condicionibus
hominum consociationis, quae,
nostra hac aetate, ad novum fer-
tur rerum ordinem, /pressius
determinare intendens pastora-
le Episcoporum munus, haec
quae/sequuntur statuit. 5
6
7

III [F] In n. 3, alinea 3 additur verbum «etiam», cum condiciones hominum consociationis non sint sola ratio ad quam in Episcoporum munere pressius determinando attendit Sacrosancta Synodus.

[G] P. 6, lin. 6: ab uno Patre [E/2568] petitum est ut loco verborum «pressius

III [n. 3, 6, 13-18]

14 attentis *etiam* [F]/condicionibus
 15 hominum consociationis, quae
 16 nostra hac aetate, ad novum fer-
 17 tur rerum ordinem,⁶ pressius
 18 determinare intendens pastora-
 le/Escoporum munus, haec
 quae sequuntur/statuit. [G]

IV [n. 3, 8, 3-6]

attentis *etiam* condicionibus
 hominum/consociationis, quae
 nostra hac aetate, ad novum fer-
 tur rerum ordinem,⁷/pressius
 determinare intendens pastora-
 le Escoporum munus, haec
 quae/sequuntur statuit.

4

5

6

III ⁶ IOANNES XXIII, Const. Apost. *Humanae salutis*, 25 dec. 1961: A.A.S., 54 (1962), pag. 6.

IV ⁷ Cf. IOANNES XXIII, Const. Apost. *Humanae salutis*, 25 dec. 1961: AAS 54 (1962) p. 6.

determinare intendens» adhiberentur verba «melius declarare intendens», quia Escoporum munus a Christo determinatum pressius determinabile non est. Servatus est textus, quia Escoporum munus ab Ecclesia pressius determinari potest, attentis *etiam* novis rerum adjunctis.

Caput I
DE EPISCOPIS QUOD UNIVERSAM EC-
CLESIAM [A]

*I – Partes quas habent Episcopi
quoad universam Ecclesiam*

4.

7

*[Potestatis Collegii Episcoporum
exercitium]. [B]*

II [A] Caput primum, quod inscribitur «De Episcopis quoad universam Ecclesiam», in duos articulos dividitur, in quorum priore considerantur partes quas habent Episcopi pro tota Ecclesia sive quatenus omnes una cum Romano Pontifice supremam ac plenam potestatem exercent, sive quatenus aliqui – si Summo Pontifici placuerit – in quoddam Consilium Centrale convenient, sive quatenus singuli cum aliis Collegii Membris cooperantur in sollicitudine omnium Ecclesiarum.

[B] Circa *Caput I*: « De Episcopis quoad universam Ecclesiam», haec animadvertenda sunt: In *Art. I*, qui inscribitur: «Partes quas habent Episcopi quoad universam Ecclesiam», in n. 4 breviter agitur de exercitio potestatis Collegii Episcoporum, cuius textus approbatus fuit, sub conditione ut deinceps concordari deberet cum textu schematis Constitutionis *De Ecclesia*, a Commissione Conciliari de doctrina fidei et morum recogniti.

III [A] Caput I: In discussione quae in secunda sessione huius Concilii, anno elapso, habita est circa schema quae tunc «De Episcopis ac Dioecesum regimine» appellabatur, a pluribus Patribus petitum est, ut in capite I non solum sermo fieret de rationibus Episcopis inter et Curiam Romanam, sed ut, praे omnibus aliis considerationibus particularibus circa munus Episcoporum, principia generalia statuerentur, quibus regitur illud munus quod Episcopi quoad universam Ecclesiam habent quodque in quantum sunt Membra Corporis Episcoporum suscipiunt.

Quare Commissione nostra, Patrum votis obsequens, novum articulum conficit, qui est primus in hoc capite quique de partibus agit, quas Episcopi habent quoad universam Ecclesiam.

Notare iuvat, ea quae in capite praesentis schematis quaestiones theologicas respiciunt aut tangunt, desumpta esse ad verbum a schemate Constitutionis «De Ecclesia». Schema nostrum, de pastorali Episcoporum munere, a tali doctrina nec abstrahere potest, nec eam tantum repetere, sed enuntiare debet pastorales applicationes principiorum theologicorum, quae de Episcopatu in schemate «De Ecclesia» traduntur [E/2546].

[B] Nunc breviter ad duos articulos huius capitatis.

I – Partes quas habent Episcopi quoad universam Ecclesiam.

Ad n. 4, in quo sermo est de exercitio potestatis Collegii Episcoporum, novus textus loco prioris ut videre potestis, confectus est. Nova redactio necessaria fuit una ex parte, ut conveniens ratio haberetur de emendationibus a Patribus Conciliaribus [E/3046] propositis, alia ex parte quia Commissione de Concilii laboribus Coordinandis per litteras ad Praesidem nostrae Commissionis missas

III [n. 4, 15, 1-2]

IV [n. 4, 9, 1]

Caput I

DE EPISCOPIS QUOD UNIVERSAM ECCLESIAM [A]

I – Partes quas habent Episcopi quoad universam Ecclesiam

15 4.

2 [Potestatis Collegii Episcoporum exercitium]. [B]

Caput I

DE EPISCOPIS QUOD UNIVERSAM ECCLESIAM

I – Partes quas habent Episcopi quoad universam Ecclesiam

4.

9

11 *Episcopi, vi sacramentalis conse-*

praescripsit, ut Commissio nostra, ubi de quaestionibus theologicis ageretur, ad verbum textum schematis «De Ecclesia» desumeret.

Ita prima propositiō numeri 4 et totum secundum comma huius numeri de-
sumpta sunt ex schemate «De Ecclesia» (cf. Const. «De Ecclesia» n. 22 pag. 64
linn. 29-32 et linn. 37-44). Statuitur in hoc numero imprimis, Episcopis qua
Membris Collegii Episcopalis – et *Membrum Corporis episcopalis* – ut Constitu-
tione «De Ecclesia» n. 22 declaratum est – *aliquis constituitur vi sacramentalis conse-
crationis et communione cum Collegii Capite atque Membris* – ius esse ut
Concilio Oecumenico intersint vel in eo repraesententur, iuxta normas a Sum-
mo Pontifice determinatas, et quidem quia Concilium Oecumenicum modus
eminens et sollemnis est exercitii huius Collegii muneris.

In secundo commate huius numeri, sermo est de exercitio potestatis colle-
gialis, una cum Papa, Episcoporum in orbe dispersorum.

Per novam redactionem textus huius numeri pluribus animadversionibus
Patrum [E/2561, E/2591] satifit. Commissio nostra censuit descendendum non
esse ad particularia. Quare admissa non sunt quae quidam Patres desidera-
verunt ut diceretur Concilium Oecumenicum saepius, v. g. quinquagesimo sal-
tem anno, convocabundum esse [E/2766]. Pariter respondendum non esse existi-
mavit quaestionibus ab aliquo Patre [E/2564] positis, utrum Episcopus ante
consecrationem episcopalem Concilio Oecumenico interesse possit, aut utrum
actus collegialis Episcoporum exerceatur quando Summus Pontifex aliquos
tantum Episcopos separatim consulat.

Pariter Commissio censuit in hoc articulo, sicut etiam in omnibus sequentibus
huius capituli, auctoritatem Summi Pontificis satis in tuto positam esse in textu
et contextu huius schematis simulque schematis Constitutionis «De Ecclesia», ita
ut superfluum videretur iterum atque iterum auctoritatem Summi Pontificis seu
dependentiam Collegii Episcopalis ab Ipso explicite afirmare [E/2552, E/2485].

IV * *Ad Caput Primum quod attinet*, ut textus nostri schematis perfectius
cohaereat cum doctrina in Constitutione «De Ecclesia» admissa, quaedam in-
troductiones sunt mutationes [cf. modi 11, 20b, 24b, 27b] quas quidem multi Pa-
tres rogarunt inducendas.

11 – In prima alinea num. 4, pag. 15, loco prioris textus, admissus est
textus quem plus quam septingenti Patres inserendum rogarunt, et qui, cum ci-
tationibus ex Constitutione «De Ecclesia» constet, plene doctrinae in hac Con-
stitutione traditae respondet.

Aliae quaedam mutationes introductiones in textu minoris sunt momenti atque
generalius latinitatis ratione inductae sunt, quin ulla sensus mutatio habeatur.

Supremam ac
plenam potestatem, qua Episco-
pi coniuncti, corpus seu Colle-
gium episcopale constituentes
una cum Capite suo Romano
Pontifice, in Ecclesiam/pollent,
collegialiter exercent in Concilio
Ecumenico, in quo convocante
aut saltem confirmante Summo
Pontifice congregantur.

Quare/Episcopi, 6
vi consecrationis et si in com-
munione sunt cum Collegii Capite
et Membris, partem habent in ip-
so Concilio. 7

Tales sunt mutationes introductae in num. 5, pag. 15, linn. 28-30 [cf. *modus 16c*]; item in num. 6, pag. 16, linn. 2, 7 et 9 [cf. *modus 17*]. Attamen in num. 5 restituuntur lin. 26 [cf. *modus 16b*] verba «*si Eidem placuerit*», uti a 16 Patri-
bus petitum est et implicite iam in textu significabatur. Tandem in num. 6, pag.
16, linn. 15-16 [cf. *modus 17b*] loco verborum «opus propagationis fidei atque
cetera apostolatus opera» admissa sunt verba magis generalia «*evangelizationis*
et apostolatus opera». Tandem restituuntur in eodem num. 6 verba «*Qua legiti-
mi Apostolorum successores*», quod non pauci rogaverunt [cf. *modus 17*].

III [C] *Ad n. 4: P. 7, linn. 1-12:* textus mutationes factae sunt ut plena habeatur concordantia cum iis quae de Episcopis dicuntur in schemate Constitutionis de *Ecclesia* [cf. E/2546].

Plures Patres [E/3046] proposuerunt ut in principio et in fine n. 4 longiores textus schematis de *Ecclesia* adderentur; sed nostrae Commissioni magis expe-

III [n. 4, 15, 2-9]

IV [n. 4, 9, 1-11]

«Suprema in universam

Ecclesiam

3 potestas, qua Episcoporum Collegium pollet, [C]

crationis et hierarchica communione cum Collegii Capite atque membris, constituuntur membra Corporis episcopalis.¹

«Ordo autem Episcoporum, qui collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastorali succedit, immo in quo corpus apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam exsistit, quae quidem potestas non nisi/consentiente Romano Pontifice exerceri potest».²

Haec vero potestas/«sollemni modo in Concilio Oecumenico exercetur»:³ ideo Sacrosancta Synodus decernit omnibus Episcopis, qui sint membra Collegii episcopalis, ius esse ut Concilio Oecumenico intersint.

11b

III ¹ Cf. Const. «*De Ecclesia*», cap. III, n. 22.

III ² Cf. Const. «*De Ecclesia*», *ibid.*

¹ Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, cap. III, n. 22: AAS 57 (1965) pp. 25-27.

⁴ *Conc. VAT. II*, Const. dogm. *de Ecclesia*, ibid.

IV ³ CONC. VAT. II, Const. dogm. *de Ecclesia*, ibid.

dire visum est ut in novo textu ea tantum insererentur, quae ad accuratiorem eiusdem redactionem immediate ac directe inservirent.

[D] Ad quorundam Patrum [E/2759, E/2485, E/2605, E/2620, E/2532, E/2546] petitionem, in n. 4 ablata est determinatio de iure Episcoporum partem habendi in Concilio Oecumenico «*vi consecrationis*», quae ab ipsis non videtur admittenda quia Concilium non est iuris divini, sed ecclesiastici. Cum autem Concilium sit exercitium eminentis Corporis Episcoporum, in texto nunc dicitur quod Episcopis, qua Membris Collegii Episcoporum ius est ut Concilio Oecumenico intersint vel in eo repraesententur iuxta normas a Summo Pontifice determinatas.

IV 11b – Pag. 15, lin. 9: Addatur: ad Concilium Oecumenicum convocari posse vel debere etiam Superiores Ordinum Religiosorum (*4 Patres*).

R. – In textu id non excluditur, necessarium autem non videtur ut id in ipso exprimatur.

I

II [n. 4, 7, 8-12]

«Eandem potestatem collegia-	8
lem exercent	
Episcopi etiam per orbem/di-	9
spersi, quotiescumque	
Summus Pontifex, causas magni	
momenti tractaturus, eorum iu-	10
dicium vel suffragium exquirat,	
aut saltem eorumdem	
unitam actionem appro-	11
bet vel libere recipiat, ita ut ve-	
rus actus collegialis efficiatur».	12

III [E] Quidam Pater [E/2564] quaequivit num Episcopus nominatus aut electus Concilio Oecumenico interesse posset ante receptam consecrationem episcopalem, itemque quaequivit num verus actus collegialis Episcoporum exercetur quando Summus Pontifex aliquos tantum Episcopos separatim consulterit, aut communem Episcoporum alicuius regionis actum approbaverit; sed nostra Commissio respondit eiusmodi quaelestiones ad hoc schema directe non pertinere.

Nostra pariter Commissio edixit admittendam non esse unius alteriusque Patris [E/2766] propositionem, qui exoptarent ut Concilium Oecumenicum a Sum-

III [n. 4, 15, 12-18]

IV [n. 4, 9, 12-16]

12 «Eadem potestas collegia-
 13 lis una cum Papa/exerceri potest
 14 ab Episcopis in orbe
 15 terrarum/degentibus, dummodo
 Caput Collegii eos ad/actionem
 collegiale vocet,

16 vel saltem Episcoporum disper-
 17 sorum unitam actionem appro-
 18 bet vel libere recipiat, ita ut ve-
 rius actus collegialis efficiatur».³
 [E]

12 «Eadem potestas collegia-
 13 lis una cum Papa exerceri potest
 14 ab Episcopis in orbe
 15 terrarum degentibus, dummodo
 Caput Collegii eos ad/actionem
 collegiale vocet,

13 vel saltem Episcoporum disper-
 14 sorum unitam actionem appro-
 15 bet vel libere recipiat, ita ut ve-
 16 rius actus collegialis/efficiatur».⁴

III ³ Cf. Const. «*De Ecclesia*», ibid.

IV ⁴ CONC. VAT. II, Const. dogm. *de Ecclesia*, ibid.

12	stifidelium bonum aptius et/ex-	stifidelium/bonum aptius et ex-	29
13	peditius promovendum in votis	peditius promovendum in votis	
14	est <i>Sacrosancti Concilii</i> ut in	est <i>Sacrosancti Concilii</i> ut in	
15	posterum nulla amplius <i>civilibus</i>	posterum nulla amplius <i>civilibus</i>	
16	<i>Auctoritatibus</i> [C] conce-	<i>Auctoritatibus</i> conce-	
17	dantur iura aut privilegia elec-	dantur/iura aut privilegia elec-	
18	tionis, nominationis, praesenta-	tionis, nominationis, praesenta-	
	tionis vel designationis ad Epi-	tionis vel designationis ad Epi-	
	scopatus officium; [D]/ <i>civiles ve-</i>	scopatus officium; <i>civiles ve-</i>	
	<i>ro Auctoritates, quarum obse-</i>	<i>ro Auctoritates, quarum obse-</i>	
	<i>quentem/erga Ecclesiam volun-</i>	<i>quentem erga Ecclesiam volun-</i>	
	<i>tatem Sacrosancta Synodus gra-</i>	<i>tatem Sacrosancta Synodus gra-</i>	
	<i>to animo agnoscit plurimique</i>	<i>to animo/agnoscit plurimique</i>	
	<i>facit, humanissime rogantur ut</i>	<i>facit, humanissime rogantur ut</i>	
	<i>praedictis iuribus vel/privilegiis,</i>	<i>praedictis iuribus/vel privilegiis,</i>	
	57,58		

addenda essent verba «quibus libertas Auctoritatis ecclesiasticae in decernenda institutione minueretur». Commissio autem decrevit textum, uti est, esse servandum.

IV 56 – Pag. 36, linn. 1-2: Quaeritur ut post verba «a Christo Domino institutum» addantur verba «et ab Apostolis eorumque successoribus semper transmissum» (*1 Pater*).

R. – Non admittitur, quia ex tota doctrina christiana illud manifeste apparet. 57 – Pag. 36, lin. 6: Quaeritur ut post verba «per se exclusivum» addantur haec alia «ne dignitas episcopalis conferatur nisi propter opus et onus directe episcopale» (*1 Pater*).

R. – Non admittitur, quia nulla allegatur ratio, et quia additio non est ad rem.

58 – Pag. 36, lin. 6: Quaeritur ut post verba «per se exclusivum» addantur haec: «Plene congruit etiam naturae communitatis politicae eiusque ordinationi ad bonum commune, ut Episcopi iuxta libertatem et autonomiam communitati religiosae propriam nominentur et agant», quia ita datur ratio quae valet etiam pro societate politica non catholica (*2 Patres*).

R. – Non admittitur, quia Commissioni visum est hanc additionem non esse necessariam nec esse faciendam.

III [E] P. 13, lin. 24: iuxta votum unius Patris [E/2516], textus novus huius numeri in forma adhuc humaniore erga Auctoritates civiles redactus est.

III [n. 20, **36**, 18-20]

IV [n. 20, **16**, 34-35]

19 *quibus in praesens pacto aut
20 consuetudine fruantur, consiliis
cum Apostolica/Sede initis, sua
sponte renuntiare velint. [E]*

59 *quibus in praesens pacto aut
consuetudine fruantur, consiliis
cum Apostolica Sede initis, sua
sponte renuntiare velint.*

IV 59 – Pag. 36, lin. 20: Quaeritur ut audiantur laici quando agitur de nominandis Episcopis (*1 Pater*).

R. – Non admittitur, quia de hac quaestione non agitur in hoc numero, ita ut additio petita non sit ad rem.

I

[cf. n. 16]

[cf. n. 16, p. 11, ln. 22]

[cf. n. 16, p. 11, ln. 23-31]

II [n. 19, 13, 19-20]

19.

19

[*Episcoporum a munere renuntiatio*. [A]]

Cum igitur pastorale/Episcoporum munus tanti sit momenti tantaeque gravitatis, Episcopi

20

II [A] In n. 19 salebrosa quaestio agitatur de Episcoporum a munere cessatione, quae in priore schemate Decreti «De Episcopis ac de dioecesium regimine» in n. 16 commendabatur sive ob permanentem valetudinis defectum sive ob ingravescensem aetatem sive ob aliam gravem causam.

De hac re quamplurima a Patribus dicta sunt in Aula Conciliari vel fuerunt in scriptis proposita. Eorum longe maior pars [E/1466, E/1483, E/1423, E/1473, E/1482, E/1429, E/1361, E/1312, E/1412, E/1406, E/1467, E/455, E/296, E/495, E/456, E/249, E/254, E/493, E/1548, E/1497, E/1460, E/1439, E/1517, E/1542, E/1440, E/1433, E/1436, E/1504; ut obligatio E/1488, E/1619, E/1490, E/1491, E/1510, E/1481, E/1508, E/1406, E/1455, E/1520, E/1425, E/1430, E/1489, E/1464, E/1645] in suis animadversionibus votum promit ut in schemate Decreti principium enuntietur de Episcoporum a munere cessatione, sed nonnulli [E/1453, E/1546, E/1511, E/1428, E/1506, E/1435, E/1422, E/1426, E/334, E/376, E/1501, E/1520, E/1537, E/1536, E/1756, E/1870, E/1929, E/2042] tenent quod renuntiatio libera et ultronea esse debeat, alii [E/388, E/1537, E/1442, E/1504, E/1457] autem magis expedire tenent ut *emeriti* declarentur. Commissio de Episcopis et dioecesium regimine in n. 19 schematis statuendum proponit ut enixe rogentur Episcopi, qui implendo suo officio minus apti evaserint, ut sua sponte vel a competenti Auctoritate invitati renuntiationem exhibeant.

III [A] Solvit tandem quaestio de Episcoporum renuntiatione (n. 21). Haec materia, ut probe meministis, ferventi discussioni oretenuit et per scripta subiecta est, cuius nova textus redactio debitam habet rationem. Renuntiatio explice praesentatur tamquam logicum consecutarium momenti ac gravitatis episcopalis officii: quae profecto connexio nonnihil minuit amaritudinem illam quam res ipsa, suapte natura, secum fert. Insuper Commissio nostra, nonobstantibus quorundam Patrum [E/2763, E/2867, E/2901, E/3111] optatis, renuntiationem censuit esse tantum enixe commendandam, non autem taxative imponendam, ut morem gerat ipsorum Episcoporum eorumve consiliariorum conscientiae officio. Simul tamen – quod in priore Schemate non habebatur – renuntiationem non solum sponte Episcoporum propria fieri posse voluit, sed etiam competenti Auctoritate (scil. Apostolica Sede vel Patriarcha pro diversitate Rituum) invitante: sic expeditior ac suavior sternitur via qua eadem Auctoritas agere ipsa queat, quando ultroneam in vanum expectaverit Episcopi renuntiationem.

Contra duorum Patrum [E/2804, E/2654] votum, e notulis expuncta est indicatio 75 annorum tamquam termini *post quem*, ut ampliori fiat renuntiationi locus sive ante sive post illum terminum. Commissioni enim nostrae sufficere visum est, pro renuntiatione facienda, ut aptitudo pro munere implendo minor evaserit sive ob ingravescensem aetatem sive ob aliam gravem causam: in qua gravi causa profecto includitur, quacumque demum aetate superveniat, etiam permanens valetudinis defectus de quo expresse in priore schemate sermo erat.

Manet, ut primum est, dispositio de congruenti renuntiantium sustentatione ac de peculiaribus iuribus ipsis recognoscendis; non amplius tamen legitur in

	III [n. 21, 36, 21-24]	IV [n. 21, 16, 36-37]	
21	21. (olim n. 19).	*	21.
22	[<i>Episcoporum a munere/renuntiatio</i>]. [A]	60-64	36
23	Cum igitur pastorale Episcopo-	65 Cum igitur pastorale Episcopo-	37
24	rum munus tanti sit momenti	rum munus tanti sit momenti	
	tantaeque gravitatis, Episcopi	66 tantaeque gravitatis, Episcopi	

textu explicita mentio privilegiorum et iuris sepulchri. Haec enim duo modernorum auribus haud bene sonant, ceterum satis includuntur in iuribus peculiaribus recognoscendis: recognoscendis, profecto, a competenti Auctoritate vel per novum Codicem vel per statutum aliquod generale postconciliare.

IV * Tandem num. 21, qui implexam quaestionem de Episcoporum renuntiatione a munere aggreditur, immutatus manet, iuxta Commissionis iudicium. Reversa, peracta speciali suffragatione de hac re die 5 mensis novembbris anni praeteriti, textus propositus nonnisi 57 vota contraria, inter 2044 Patres, obtinuit. Immo et modi, nunc a Patribus propositi, nova argumenta nequaquam attulerunt: e contra, in diversas immo et in easdem oppositas sententias Patres abierunt, sicut in disceptatione perdurante II Sessione Concilii habita. Ex quo clare evincitur textum schematis viam medianam proponere, quum de arguento agatur tam ferventi discussioni subiecto, cuius debitam rationem textus redactio iam habuerit.

60 – Pag. 36, linn. 21-34: Ante renuntiationem investigetur et demonstretur imperitia vel infirmitas Episcopi ne graves iniustitiae fiant (*I Pater*).

R. – Res est practica, quae in Decreto Conciliari inseri non potest.

61 – Pag. 36, linn. 21-34: De renuntiatione agatur ubi de idoneitate ad Episcopatum: ibi determinetur aetas minima et maxima (*I Pater*).

R. – Textus in loco apto inseritur; quoad aetatem determinandam, Relatio prior conferatur.

62 – Pag. 36, linn. 21-34: Post 75 annum semper et ex officio fieri debet investigatio secreta circa habilitatem Episcoporum (*I Pater*).

R. – Non admittitur modus, quia non congruit Decreto Conciliari.

63 – Pag. 36, linn. 21-34: Determinetur aetas 75 annorum ad renuntiandum (*8 Patres*).

R. – Ob causas in Relatione priore explicatas, modus non admittitur.

64 – Pag. 36, linn. 21-34: Sermo non sit de renuntiatione (*I Pater*).

R. – Modus non admittitur, quia maior Patrum pars contrarium sentit.

65 – Pag. 36, lin. 22: Sic incipiatur: «Quamquam onus episcopale *per se ad dies vitae imponatur, tamen...*» (*I Pater*).

R. – Verba quae propounduntur non necessaria sunt ad textum.

66 – Pag. 36, lin. 24: Post verbum «gravitatis» dicatur «Episcopis dioecesanis aliisque in iure ipsis aequiparatis, anno 65 vel quolibet tempore postea, suo officio implendo renuntiare *licet*; anno autem 75 tali officio renuntiare tenentur, nisi per explicitam Summi Pontificis voluntatem in munere suo fungendo tempus protrahatur (*45 Patres*).

R. – Non admittitur modus, ob causas in Relatione priore allatas. Praeterea de hoc arguento Patrum sententiae oppositae fuerunt iam in II Sessione. E. g. 55 Patres censuerunt textum manere debere prouti iacet; 11 petierunt ut de hac quaestione sermo non fieret; 35 voluerunt ut aetas determinaretur, qua Episcopi emeriti declarari deberent; 90 postulaverunt ut ingravescente aetate, Episcopus Coadiutor aut Auxiliaris vel Administrator Apostolicus imponeretur. Inter tantam sententiarum varietatem schema viam medianam invenire conatum est.

I

II [n. 19, 13, 21-26]

[cf. n. 16, p. 11, ln. 32-37]

21
22
23
24
25
26

dioecesani aliique in iure ipsis
aequiparati, si, ob ingravescen-
tem aetatem aliamve gravem
causam, implendo suo officio
minus apti evaserint,/enixe ro-
gantur ut, vel sua ipsi sponte vel
a competenti Auctoritate invita-
ti, renuntiationem ab officio
exhibeant. [B]
Competens autem Auctoritas,/si
illam acceptaverit, et de con-
gruenti renuntiantium sustenta-
tione et/de peculiaribus iuribus
iisdem recognoscendis provide-
bit. [C]

II [B] Praeter ingravescensem aetatem, nulla alia gravis causa ad renuntiationem faciendam expresse commemoratur; in singulis casibus enim de re op-
portune iudicare potest Auctoritas competens, quae Episcopos invitare posse
dicitur ut renuntiationem exhibeant; sic facilior et suavior redita est interven-
tio Apostolicae Sedis.

[C] Secundum mentem plurium Patrum [E/1619, E/1428, E/1483], nihil dici-
tur de honoribus et privilegiis recognoscendis Episcopis, qui oficio renuntient;
aequum autem et iustum visum est ut expresse dicatur quaenam iura illis sint
necognoscenda.

III [B] *Ad n. 19 (nunc n. 21):* P. 13, lin. 23: de sententia aliquorum Patrum [E/2654, E/2804, E/2867, E/2901, E/3111], determinari debet aetas, qua com-
pleta Episcopus renuntiare debet; de sententia alicuius Patris [E/2804] haec ae-
tas debet esse 75 annorum. Commissio autem censuit talem regulam rigidio-
rem videri et efficacius necessitatibus provideri per renuntiationem sponta-
neam aut ad invitationem Auctoritatis factam.

[C] P. 13, linn. 23-24: iuxta sententiam unius Patris [E/2552], procedi debe-
ret per amotionem Episcopi, et admitti deberet Episcopos singulis 10 annis ad
aliam sedem transferendos esse [E/2901]. Commissio aestimavit amotionem
esse odiosam et admitti debere, atque quaestionem translationis ad aliam se-
dem post certum annorum numerum non esse ad rem.

[D] P. 13, lin. 24: secundum votum duorum Patrum [E/2564, E/2568] affir-
mari deberet auctoritatem acceptantem renuntiationem esse Apostolicam Se-
dem vel Summum Pontificem. Commissio autem, attendens ad ius in Ecclesiis
Orientalibus vigens, servandum esse schematis textum, qui nempe solutionem
generalem continet.

IV 67 – Pag. 36, linn. 25 ss.: Post «gravem causam» addatur «iudicio Confe-
rentiae episcopalis vel eius defectu alicuius Auctoritatis a Sede Apostolica de-

III [n. 21, 36, 24-33]

25 dioecesani aliquique in iure ipsis
 26 aequiparati, si, ob ingravescen-
 27 tem aetatem/aliamve gravem
 28 causam, implendo suo officio
 29 minus apti evaserint, enixe ro-
 30 gantur ut, vel sua/ipsi sponte vel
 31 a competenti Auctoritate invita-
 32 ti, [B] renuntiationem ab officio
 33 exhibeant. [C]
 Competens autem Auctoritas, si
 illam acceptaverit,/et de con-
 gruenti renuntiantium sustenta-
 tione/et de peculiaribus iuribus
 iisdem recognoscendis provide-
 bit. [D]

IV [n. 21, 16, 37 – 17, 3]

68 dioecesani aliquique in iure ipsis 69 aequiparati, si, ob ingravescen- 70 tem aetatem aliamve gravem 71 causam, implendo/suo officio 72 minus apti evaserint, enixe ro- 73 gantur ut, vel sua ipsi sponte/vel a competenti Auctoritate invita- ti, renuntiationem ab officio exhibeant.	38 39 40 17
Competens autem Auctoritas, si illam acceptaverit, et de con- gruenti renuntiantium sustenta- tione et de peculiaribus iuribus iisdem recognoscendis provide- bit.	2 3

signatae». Post «exhibeant» haec verba addantur «eis reluctantibus recursus habeatur ad Sedem Apostolicam quae aliter providebit» (*4 Patres*).

R. – Textus schematis normam *generalem* includit: quare sufficiens est mentio de «competenti Auctoritate». Praeterea, recursus ad Sanctam Sedem omnibus patet, de quacumque causa agatur.

68 – Pag. 36, lin. 26: Post verba «ingravescensem aetatem» addatur «infirmitatem» (*1 Pater*).

R. – Infirmitas iam implicite continetur in verbis «aliamve gravem causam».

69 – Pag. 36, lin. 26: Deleantur verba «aliamve gravem causam» (*1 Pater*).

R. – Non admittitur emendatio, quia, praeter aetatem, aliae causae exsistere possunt, v. g. infirma valetudo.

70 – Pag. 36, lin. 27: Post verbum «evaserint» addatur: «Episcopum Auxiliarem vel Coadiutorem petant a competenti Auctoritate vel sua ipsi sponte renuntiationem ab officio exhibeant» (*1 Pater*).

R. – Modus, quo dioecesi providendum sit ante Episcopi renuntiationem, relinquendus est competenti Auctoritati.

71 – Pag. 36, linn. 27-29: Dicatur: «vel sua ipsi sponte cessare debent ab officio, vel a competenti Auctoritate *urgeri debet cessatio*» (*1 Pater*).

R. – Sufficientia sunt ea quae in textu dicuntur.

72 – Pag. 36, linn. 29 ss.: Renuntiatio fiat ab exercitio muneris; competens Auctoritas det Coadiutorem; Coadiutus, titularis remaneat suae dioecesis (*1 Pater*).

R. – Eadem est responsio ac pro modo n. 70.

73 – Pag. 36, linn. 32-33: «In recognoscendis iuribus renuntiantis, tuta omnia et praestantia Episcopi dioecesani iura sint et permaneant. Insuper dioecesim relinquit videtur omnino oportere» (*1 Pater*).

R. – De iuribus iam providetur in textu; locus commorationis renuntiantis est quaestio particularis, a competenti Auctoritate solvenda.

[*Necessitas recognoscendi dioecesum circumscriptiones*].

Ad/proprium dioecesis finem consequendum, oportet ut Ecclesiae natura in/populo Dei ad ipsam dioecesim pertinente perspicue manifestetur; ut/Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant; ut/denique populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur. [B]

Id autem postulat sive congruentem finium territorialium dioecesum circumscriptionem, sive clericorum opumque distributionem rationi consentaneam

II [A] In art. II fit sermo de *Dioecesum circumscriptione*. Normae ac praescripta quae in primo schemate Decreti in capite quarto simul exponebantur, quod «De Dioecesum ac provinciarum ecclesiasticum congruenti circumscriptione» inscribebatur, in praesenti schemate, nonnullis factis mutationibus, in capite secundo vel in capite tertio referuntur. Materiae enim contextu considerato, aptius videtur ut alterutrius praefatae quaestiones pertractatio iis in locis Decreti fiat, ubi aut de Episcopis in Ecclesiis peculiaribus seu dioecesibus agitur, aut de Episcopis in commune plurium Ecclesiarum bonum cooperantibus. Postquam enim de muneribus Episcopi actum est, logice videtur agendum de loco seu populo, in quo illa munera sunt exercenda; ultimo vero loco de personis seu mediis quibus Episcopus adiuvatur. Accedit etiam ratio quod nonnulla quae de Episcopis Coadiutoribus et Auxiliaribus postea proponuntur, relationem habent ad dioecesum circumscriptionem, de qua proinde primum agendum esse visum est Patribus Commissionis.

[B] In articulo secundo ex ipsa dioecesis definitione elementa necessaria ad eiusdem finem consequendum in lucem ponuntur et exinde criteria generaliora statuuntur pro dioecesum circumscriptionibus recognoscendis.

III [A] Articulus II agit de structura externa, idest de circumscriptione, dioecesis in qua Episcopus ad munera sua explenda mittitur. Quae circumscrip^{tio}, cum ad ius mere ecclesiasticum pertineat, conformanda atque adeo, quandocumque id casus ferat, reformanda est p^rae oculis habitis elementis internis, naturam Ecclesiae particularis constituentibus. Et sic clare appareat connexio materiae huius articuli cum praecedentis articuli materia.

1) Tota materia de dioecesum circumscriptione, post disceptationem in Aula habitam et attentis Patrum [E/2804, E/2843, E/2901 E/2972] votis scripto datis, retractata est ac ordine magis logico digesta, firmis tamen manentibus, ni fallimur, et substantia et spiritu prioris schematis. Sic factum est ut variae ra-

	III [n. 22, 36, 34 – 37, 7]	IV [n. 22, 17, 4-11]	
	II – Dioecesum Circumscrip ^{tio} [A]	* II – Dioecesum Circumscrip ^{tio}	
34	22. (olim n. 20).	22.	4
35	[<i>Necessitas recognoscendi dioece- sium circumscriptiones</i>].		
36	Ad proprium dioecesis finem consequendum, oportet/ut Ec- clesiae natura in populo Dei ad ipsam/dioecesim pertinente per- spicue manifestetur;/ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant; ut de- nique populi/Dei saluti quam perfectissime fieri potest mini- stretur.	Ad proprium dioecesis finem consequendum, oportet ut Ec- clesiae natura in populo Dei ad ipsam dioecesim pertinente per- spicue manifestetur; ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere/valeant; ut de- nique populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest mini- stretur.	5
37			6
38			7
39			8
37			9
2			10
3			11
4	Id autem postulat sive con- gruentem finium territorialium dioecesum circumscriptionem, sive clericorum opumque distri- butionem rationi consentaneam	Id autem postulat sive con- gruentem finium territorialium dioecesum circumscriptionem, sive clericorum opumque distri- butionem rationi consentaneam	

tiones quae in prooemio prioris schematis pro recognoscendis dioecesum finibus adducebantur, nunc inveniuntur distributae inter tria criteria n. 23. Suggestiones Patrum [E/2765, E/2843, E/2972] nimis particulares (v. gr. de modo concreto conficiendi uniones aut divisiones dioecesum, etc.), licet per pulchrae, ad novum Codicem vel ad organa postconciliaaria remissae sunt: non enim congruere visum est ut Concilium ad minutiora et ad necessario diversa pro diversis locis descendere.

Vota Patrum quae ad clarius principia et criteria generalia statuenda conferabant, libenter et explicite acceptata sunt; ea vero, quibus saltem implicite textus satisfacere videbatur, non sunt recepta [E/2765, E/2888] (v. gr. quae de unitate Capituli, vel Seminarii, vel Curiae in casu unionis dioecesum suggesta sunt, nunc implicite continentur in n. 21 novi textus, ubi de structura unitaria et vere organica uniuscuiusque dioecesis fit sermo).

2) In n. 22 elementa intrinseca dioecesis clare indicantur: populus Dei cui est ministrandum; persona Episcopi, qui est summus in dioecesi ministrator; ministerium salutis, quod est exercendum [E/2770]. Exinde deducitur quaenam esse debeat apta circumscriptione ut dioecesis suo fini plane consentiat; et datur a Sacrosancta Synodo praceptum ut, quatenus animarum bonum id exigat, prudenter sed quamprimum deveniatur ad congruam circumscriptionem recognitionem, illis mediis utendo quae iam in iure condito praevidentur (scil. unio, divisione, dismembratio, etc.). Problema autem novum de dioecesibus quae constant ex maioribus urbibus, Commissioni nostrae, secus ac unus postulavit Pater [E/2804], visum est solvendum generica tantum ratione (scil. per verba «*eas nova interna ordinatione disponendo*»), quae variis concretis solutionibus ianuam aperiret, quin unicam imponeret non ubique forsitan possibilem aut utilem.

IV * Paucissimas animadversiones circa hunc articulum Patres attulerunt; quare textus fere in omnibus immutatus manet.

I

II [n. 20, 14, 1-10]

atque apostolatus exigentiiis accommodatam.

Quae/omnia non solum clericorum et christifidelium, quorum directe interest,/verum etiam et totius catholicae Ecclesiae in bonum cedunt. [B]

Itaque, ad dioecesum circumscriptiones quod attinet, mandat Sacrosancta Synodus ut, quatenus animarum bonum id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo/vel dismembrando vel uniendo, aut ipsarum fines mutando vel episcopalium sedium aptiorem locum determinando, aut denique, praesertim/si de dioecesibus agatur quae ex maioribus urbibus constant, eas nova/interna ordinatione disponendo. [C]

II [C] Mandatur igitur in n. 20 ut, prudenter quidem sed quamprimum dioecesum circumscriptiones iuxta regulas praedictas recognoscantur, dioeceses uniendo vel dividendo vel dismembrando vel quolibet alio modo mutando prout necessitas exigat aut utilitas suadeat.

III [B] *Ad n. 20 (nunc n. 22): P. 14, linn. 4 et sqq.: unus Pater [E/2804] expavit ut maiores urbes in plures dioeceses dividerentur quarum cooperatio in*

III [n. 22, 37, 7-21]

8 atque apostolatus exigentiiis accommodatam.

9 Quae omnia non solum/clericorum et christifidelium, quorum

10 directe/interest, verum etiam et

11 totius catholicae Ecclesiae in bonum cedunt.

12 Itaque, ad dioecesum circum-

13 scriptiones/quod attinet, mandat Sacrosancta Synodus ut,

14 quatenus animarum bonum id

15 exigat, quamprimum ad con-

16 gruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel di-

17 smembrando vel uniendo, aut

18 ipsarum fines mutando vel/epi-

19 scopalium medium aptiorem lo-

20 cum determinando, aut deni-

21 que, praesertim si de dioecesi- bus agatur quae ex maioribus urbibus constant,/eas nova interna ordinatione disponendo.

[B]

IV [n. 22, 17, 11-20]

atque apostolatus exigentiiis accommodatam.

Quae/omnia non solum clericorum et christifidelium, quorum directe interest,/verum etiam et totius catholicae Ecclesiae in bonum cedunt.

Itaque, ad dioecesum circumscriptiones quod attinet, decernit Sacrosancta Synodus ut, quatenus animarum bonum id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo/vel di-

smembrando vel uniendo, aut ipsarum fines mutando vel epi-

scopalium medium aptiorem lo-

cum determinando, aut deni-

que, praesertim/si de dioecesi- bus agatur quae ex maioribus urbibus constant, eas nova/interna ordinatione disponendo.

12

13

14

15

16

17

18

19

20

nonnullis casibus determinatis esse legitimis statutis moderanda. Sed nostra Commissio censuit abstinendum esse a praescriptis peculiaribus dandis, de quibus Apostolicae Sedis est iudicare et providere. Pariter admissa non est duorum Patrum [E/2907, E/2861] petitio ut eadem civitas numquam sit sedes propria duorum vel plurium Episcoporum. Ratio enim haberi debet diversitatis Rituum necnon perantiquarum traditionum historicarum.

I [n. 9, 12, 24]

[cf. nn. 26-32; 31].

II [n. 21, 4, 11-18]

21.

11

[*Regulae servandaes*].

Haec circumscriptionis
 num recognitio
 fiat
 [cf. ln. 21-24]

singulis in casibus, omnibus
 adiunctis accurate perpen- 12
 sis, iuxta
 generaliora criteria 13
 quae sequuntur. [A]
 1) In circumscriptione dioeceseana definienda servetur,
 pro posse, /varietas 14
 illa compositionis ipsius populi
 Dei, quae sive clerum sive di- 15
 versos fidelium coetus quod
 spectat, multum iuvare potest
 ad pastoralem/curam efficacius
 exercendam. [B]

Ob idque, uniuscuiusque 18
 dioecesis territorium non nisi

II [A] Animadversionibus etiam diligenter perpensis, quae in Aula Conciliari plures Patres [E/1276, E/1362, E/1392, E/1735] proposuerunt, textus nn. 26-32 schematis Decreti «De Episcopis ac de dioecesum regimine» haud parum mutatus est, ratione praecipue habita huiusmodi trium elementorum, quae optima generaliora criteria praebere visa sunt ad aptas et oportunas dioecesum circumscriptiones definendas: 1) *populus* Dei, 2) *Episcopus*, 3) *ministerium salutis* impertiendum.

[B] 1) *populus* Dei, cuius ratione dioecesis structurae varietas atque organica unitas attenditur quoad personas, quoad instituta, quoad territorium.

III [A] [Cf. 22 A 1)].

[B] *Ad n. 21 (nunc n. 23)*: P. 14, linn. 11 et sqq.: plures emendationes in tex- tu huius numeri factae sunt, pluresque additiones insertae, ut materia melius disponeretur et nonnullorum Patrum [E/3046, E/2972] votis satisficeret. His de rebus non pauca dicta sunt in Relatione generali super Caput II; quapropter hic adnotare sufficiat in praesenti textu implicite significari in plurimum dioecesum unione facienda statuatur oportere ut una sit Curia, unum Seminarium, unum

III [n. 23, 37, 22-39]

22 23. (olim n. 21). [A]

[Regulae servandae]. [B]

23 *In dioecesum circumscriptio-*
 24 *nibus recognoscendis in tuto*
 25 *ponatur praeprimis uniuscuius-*
 26 *que dioecesis unitas organica,*
 27 *quoad personas,/officia, institu-*
 28 *ta, ad instar corporis apte viven-*
 29 *tis.*

30 *Singulis vero in casibus, omni-*
 31 *bus adiunctis/accurate perpen-*
 32 *sis, p^rae oculis habeantur*

33 *criteria generaliora*
 34 *quae sequuntur. [C]*
 35 *1) In circumscriptione dioece-*
 36 *sana definienda ratio, quantum*
 37 *fieri poterit, habeatur/variетatis*
 38 *compositionis populi*
 39 *Dei, quae [D]*

33 *multum conferre potest*
 34 *ad pastoralem curam aptius*
 35 *exercendam; simulque curetur*
 36 *ut huius populi conglobationes*
 37 *demographicae, cum civilibus*
 38 *officiis institutisque socialibus*
 39 *quae structuram ipsius organi-*
cam efficiunt, in unum,/quantum
poterit, serventur.
Qua de causa/uniuscuiusque
dioecesis territorium nonnisi

IV [n. 23, 17, 21-32]

23.

21

23 *In dioecesum circumscriptio-*
 24 *nibus recognoscendis in tuto*
 25 *ponatur praeprimis uniuscuius-*
 26 *que dioecesis unitas organica,*
 27 *quoad personas, officia, institu-*
 28 *ta, ad instar corporis apte viven-*
 29 *tis.*

30 *Singulis vero/in casibus, omni-*
 31 *bus adiunctis accurate perpen-*
 32 *sis, p^rae oculis habeantur*

33 *criteria generaliora*
 34 *quae sequuntur.*
 35 *1) In circumscriptione dioece-*
 36 *sana definienda ratio, quantum*
 37 *fieri/poterit, habeatur variетatis*
 38 *compositionis populi*
 39 *Dei, quae*

33 *multum conferre potest*
 34 *ad pastoralem curam aptius*
 35 *exercendam; simulque curetur*
 36 *ut huius populi conglobationes*
 37 *demographicae, cum civilibus*
 38 *officiis/institutisque socialibus*
 39 *quae structuram ipsius organi-*
cam efficiunt, in/unum, quantum
fieri poterit, serventur.
Qua de causa uniuscuiusque
dioecesis territorium nonnisi

Capitulum Cathedrale etc., cum id requirat unitas et apta vita organismi dioecesani.

[C] In n. 23, posito principio quod in quacumque dioecesum recognitione unaquaque dioecesis debeat, pro posse, etiam extrinsece, structuram gerere unius corporis organici apte viventis, statuntur tria criteria generalia pro circumscriptionibus dioecesanis definiendis.

[D] a) Primum criterium desumitur ex elemento *populi Dei*, cui est ministrandum. Populus dioecesanus illam in unitate varietatem, pro posse, p^rae se ferat quae propria est Ecclesiae universalis, quaeque sua «complementarieta», quam vocant, multum iuvare potest pastoralis curae exercitium, quippe cum diversas sive clericorum sive laicorum aptitudines magis congrue ad actum deducere permittat, clariusque manifestet in Ecclesia particulari imaginem et sensum catholicum et missionarium Ecclesiae universalis. Vitandum profecto erit ut, nisi bonum animarum aliud exigat, in recognoscendis dioecesum circumscriptionibus civiles circumscriptiones aut civilia servitia quae unitatem organicam conferunt alicui conglobationi demographicae (vulgo «agglomerato popolare») intercidantur.

continuum/pateat, attentis, quantum fieri potest,	19
peculiaribus personarum locorumve adiunc- tis, v. g. demographicis, sociali- bus, psychologicis, oeconomicis, geographicis, historicis.	20
Quod autem maximum est, in tuto ponatur/dioecesis unitas or- ganica atque, ad personas offi- cia institutiones quod/attinet, structura et connexio, ad instar corporis apte viventis munere- que/suo rite fungentis. [B]	21
2) Amplitudo territorii dioe- cesani eiusve incolarum nume- rus talis/sit generatim ut, ipse Episcopus, licet ab aliis adiutus, congrue possit visitaciones	22
pastorales peragere, omnia apostolatus opera in dioecesi rite/moderari atque coordinare, sacerdotes suos	23
necnon et laicos operam in/dioecesanis inceptis impendentes bene co- gnoscere. [C]	24
3) Quo denique aptius salutis ministerium in dioecesi exerceri	25
	26
	27
	28
	29
	30

II [C] 2) *Episcopus*, cuius vires congruentem ex postulant sive territorii dioe-
cesani amplitudinem sive huius incolarum numerum.

III [E] b) Secundum criterium desumitur ex ipsa *persona Episcopi*. Ipsius enim ordinariis viribus, ratione quidem habita in peculiaribus casibus auxilio-
rum a superiore Auctoritate concedendorum, dioecesis circumscripicio erit ac-
commodanda ne, ex una parte, mole laboris obrutus ipse impediatur quominus
apte munere suo fungi valeat; neve, ex altera parte, ob nimiam parvitatem agri
apostolici sibi commissi, suas vires suique presbyterii aptitudines, etiam post-
quam prae oculis et in corde habuerit Ecclesiae universalis necessitates, nimis
coangustatas persentiat. Adnotare iuvat in prima parte huius commatis addita
esse verba «*pontificalia exercere*», eo quod onus istud aggravet humeros Epi-

III [n. 23, 37, 40 – 38, 20]

IV [n. 23, 17, 32 – 18, 6]

40 continuum pateat.
 41 Attendatur etiam, si casus fe-
 38 rat, ad fines/circumscriptionum
 2 civilium, atque ad peculiaria
 personarum locorumve adiun-
 ta, v. g.
 3 psychologica, oeconomica,
 geographica, historica.
 [cf. p. 37, ln. 24-27].

continuum pateat.
 Attendatur etiam, si casus fe-
 rat, ad fines circumscriptionum
 civilium,/atque ad pecuniaria
 personarum locorumve adiun-
 ta, v. g.
 psychologica, /oeconomica,
 geographica, historica.
 [cf. p. 45, ln. 32-35].

5 2) Amplitudo territorii dioe-
 6 cesani eiusve incolarum nume-
 7 raus talis sit generatim ut,/ex una
 8 parte, ipse Episcopus, licet ab
 aliis/adiutus, [E]
pontificalia exercere visitationes-
 que pastorales congrue peragere
 valeat, [F] omnia apostolatus
 opera in dioecesi rite moderari
 atque/coordinare, sacerdotes
 suos *praesertim cognoscere,*
 necnon et *religiosos et laicos rationem/aliquam in dioecesanis*
 inceptis habentes;
 ex/altera vero parte, suffi-
 ciens ac idoneus *praebeatur campus in quo sive Episcopus sive*
 clerici, omnes suas vires in mini-
 sterium, *prae/oculis habitis uni-*
 versalis Ecclesiae necessitatibus,
 utiliter impendere possint. [G]
 3) Quo denique aptius salutis
 ministerium in dioecesi exerceri

2) Amplitudo territorii dioe-
 cesani eiusve incolarum nume-
 raus talis/sit generatim ut, ex una
 parte, ipse Episcopus, licet ab
 aliis adiutus,
pontificalia exercere visitationes-
 que pastorales congrue peragere
 valeat, /omnia apostolatus
 opera in dioecesi rite moderari
 atque coordinare, sacerdotes
 suos *praesertim cognoscere,*
 necnon et *religiosos et laicos rationem aliquam in dioecesanis*
 inceptis habentes;
 ex altera vero parte,/suffi-
 ciens ac idoneus *praebeatur campus in quo sive Episcopus sive*
 clerici, omnes suas vires in mini-
 sterium, *prae oculis habitis uni-*
 versalis/Ecclesiae necessitatibus,
 utiliter impendere possint.
 3) Quo denique aptius salutis
 ministerium in dioecesi exerceri

scopi non minus quam visitationes pastorales; secundam vero partem ex novo esse confectam, ne videremur rationem habuisse tantummodo divisionis magnarum dioecesium, non autem nimis parvarum unionis.

[F] Expresse additum est in dioecesis dividendis aut dismembrandis rationem esse habendam num Episcopus pontificalia congrue peragere valeat, cum id computandum sit inter munera ordinarie ab ipso Episcopo personaliter explenda [E/2862].

[G] Additum quoque est Episcopo eiusque clericis praebendum esse sufficientem campum in quo ministerium suum explendo omnes suas vires exercere possint [E/2878, E/2770]. Sic significatur et parvas dioeceses inter se vel cum aliis congrue unidas esse et dioecesis cleri opumve penuria laborantibus subveniendum esse.

possit, pro regula habeatur ut unicuique dioecesi clerici, numero et idoneitate saltem sufficientes, praesto sint pro rite pascendo populo Dei [cf. p.14, In. 34-35] 31

32

atque iam adsint, aut saltem prudenter praevideantur aliunde non defuturae opes ad personas et institutiones sustentandas, quae pro recto/dioecesis regimine necessariae usu comprobantur. [D] 33

34

35

Hunc quoque in finem, ubi sint fideles diversi ritus, eorum spiritualibus necessitatibus Episcopus dioecesanus provideat sive per sacerdotes/aut parroecias eiusdem ritus, sive per Vicarium Episcopalem¹⁶ aptis facultatibus instructum et, si causus ferat, etiam charactere episcopali ornatum, sive per seip- 36

37

38

15

2

II ¹⁶ Cf. nota 17.

II [D] 3) *ministerium salutis* impertiendum, ad quod clericorum necnon mediorum materialium sufficiens copia requiritur, secundum diversas populi pascendi exigentias.

III [H] c) Tertium denique criterium ex *ministerio salutis*, populo Dei impertiendo, desumitur. Hic, ni fallimur, aliquid vere novi ac summi momenti pro vita Ecclesiae deprehenditur. Statuitur enim criterium generale dioeceses non posse suum finem supernaturalem rite consequi nisi habeant non solum congruentem circumscriptionem territoriale, sed etiam, immo potissimum; aa) clericos numero et idoneitate sufficientes; bb) officia, instituta et opera pro apto regimine et apostolatu necessaria, quod comma nunc ex novo in textu additur, potentibus aliquibus Patribus [E/2843, E/3111]; cc) opes necessarias pro exigentiis personarum et apostolatus. His paucis lineis, dum satis fit postulatis plurium Patrum [E/2770, E/2803, E/2903, E/2904, E/3266, E/2569, E/2761] praesertim ex America Latina, Africa et Asia, ostiolum quoddam aperitur urgenti solvendo problemati quod totam angit Ecclesiam: problema, inquit, melioris distributionis cleri et mediorum materialium. Profecto hoc ponderosum problema secum fert, inter alia, profundam recognitionem systematis hodie vigentis pro defectu, incardinazione atque inamovibilitate clericorum, necnon et systematis beneficiarii. Schema nostrum ad particularia non descendit;

III [n. 23, 38, 20-36]

21 possit, [H] pro regula habeatur
 22 ut unicuique dioecesi clericu
 23 numero/et idoneitate saltem
 24 sufficienes, praesto sint/pro rite
 25 pascendo populo Dei; *officia, in-*
26 stituta/et opera ne desint quae
27 Ecclesiae particularis/propria
28 sunt, quaeque pro eius apto regi-
29 mine/et apostolatu necessaria
 usu comprobantur;/*opes deni-*
 que ad personas et *instituta su-*
30 stentanda aut iam adsint aut
31 saltem prudenter/praevideantur
 aliunde non defuturae. [I] [cf.
 p. 38, ln. 23-28]

IV [n. 23, 17, 7-17]

7 possit, pro regula habeatur
 8 ut unicuique dioecesi clericu
 9 numero et/idoneitate saltem
 sufficienes, praesto sint pro rite
 pascendo populo Dei;/*officia, in-*
10 stituta et opera ne desint quae
11 Ecclesiae particularis propria
12 sunt, quaeque pro eius apto regi-
13 mine et apostolatu necessaria
 usu comprobantur; opes deni-
 que ad personas et instituta su-
 stentanda aut iam/adsint aut
 saltem prudenter praevideantur
 aliunde non defuturae. [cf.
 p. 18, ln. 9-11]

30 Hunc quoque in finem, ubi
 31 sint fideles diversi ritus, [J] eo-
 rum spiritualibus necessitatibus
 32 Episcopus dioecesanus provi-
 deat sive per sacerdotes aut pa-
 roecias eiusdem ritus, sive per
 33 Vicarium Episcopalem¹⁴ aptis fa-
 cultatibus instructum et, si ca-
 34 sus ferat, etiam charactere/epi-
 35 scopali ornatum, sive per seip-
 36

13 Hunc quoque in finem, ubi
 14 sint fideles diversi Ritus, eo-
 rum spiritualibus necessitatibus
 15 Episcopus dioecesanus provi-
 deat sive per sacerdotes/aut pa-
 roecias eiusdem Ritus, sive per
 16 Vicarium Episcopalem aptis fa-
 cultatibus instructum et, si ca-
 sus ferat, etiam charactere epi-
 scopali ornatum, sive per seip-
 17

III ¹⁴ Cf. n. 27, p. 39.

tamen problema ponit sub oculos Sacrae Hierarchiae, illud fundando in natura intima ipsius Ecclesiae particularis.

[I] Praeterea in praesenti textu aperte dicitur dioeceses officiis institutis et operibus praeditas esse debere, quae necessaria sunt ut eaedem apte regantur et in ipsis apostolatus expleatur [E/2765, E/2888]. Censuit tamen nostra Commissio opportunum non esse ut eiusmodi officia instituta aut opera singulariter nominentur: expedit enim ut in singulis casibus competens auctoritas prudenter decernat pro diversis locorum et personarum adjunctis.

[J] Connexa cum tertio criterio, respiciente ministerium salutis congrue populo Dei impertiendum, venit quaestio de sic dictis dioecesibus «personalibus» ratione Ritus. Multum in Aula disputatum est de hac re; ipsos Orientales Patres [E/2861, E/2565, E/2843, E/2907] haud inter se concordes deprehendimus, aliis alia prorsus opposita postulantibus, unde unica solutio pro omnibus casibus valida impossibilis apparuit. Schema nostrum omnes solutiones a Patribus suggestas simul in unum colligit et ordine quodam, a minore ad maiorem progrediente, disponit, ita ut nulla solutio adhiberi queat nisi praecedentes impossibilis aut infructuosae sint probatae. Sic pro posse servatur principium unicitatis iurisdictionis in eodem territorio, at simul congrue providetur fidelium necessitatibus ac Rituum integrati statuendo ut, in casibus vere particularibus, etiam Hierarchia propria pro diversis Ritibus constitui valeat.

I

II [n. 21, 15, 2-8]

sum diversorum rituum Ordinarii munere fungentem.

Quod si haec omnia, ob rationes peculiares, iudicio Apostolicae Sedis, fieri/non possint, Hierarchia propria pro diversitate rituum constituatur. [E]

Item, in similibus circumstantiis, diversi sermonis fidelibus provideatur sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem sermonis, sive per Vicarium Episcopalem sermonem bene callentem et etiam, si casus ferat,/charactere episcopali ornatum, sive denique alia opportuniore ratione. [E]

II [E] Praefata huiusmodi criteria accurate exponuntur in n. 21, ubi sub 3º peculiares etiam casus peropportune considerantur diversitatis rituum et diversitatis sermonum, quae haud raro in fidelibus adest in determinato aliquo territorio degentibus. Quae autem ibidem statuuntur quod attinet ad rituum diversitatem, eadem expresse approbaverunt duo Patres et unus Peritus Ecclesiistarum Orientalium, qui Commissioni de Episcopis adscribuntur.

III [K] Denique nihil in textu mutatum est quod attinet ad rationes adhibendas ut cura fidelium diversorum Rituum in uno eodemque loco aptius exercetur. Plura enim hac de re a nonnullis Patribus Orientalibus [E/2861, E/2565,

III [n. 23, 38, 36 – 39, 6]

37 sum diversorum rituum Ordinarii munere fungentem. [K]
 38 Quod si haec omnia, ob rationes
 39 peculiares, iudicio/Apostolicae
 40 Sedis, fieri non possint, Hierarchia/propria pro diversitate ri-
 41 tum constituatur. [L]
 42 Item, in similibus circumstan-
 39 tiis, diversi sermonis [M] fidelibus
 2 provideatur sive per sacer-
 3 dotes aut paroecias eiusdem
 4 sermonis, sive per/Vicarium
 5 Episcopalem sermonem bene
 6 callentem et etiam, si casus fer-
 rat, charactere episcopali orna-
 tum, sive denique alia opportu-
 niore/ratione.

IV [n. 23, 17, 17-24]

sum diversorum Rituum Ordinarii munere fungentem.

Quod si haec omnia, ob rationes peculiares, iudicio Apostolicae Sedis,/fieri non possint, Hierarchia propria pro diversitate Rituum constituatur.¹⁶

Item, in similibus circumstan-
 tiis, diversi sermonis fidelibus
 provideatur sive per sacer-
 dotes aut paroecias eiusdem ser-
 monis, sive per Vicarium Epi-
 scopalem sermonem bene cal-
 lentem et etiam, si casus fer-
 rat,/charactere episcopali orna-
 tum, sive denique alia opportu-
 niore ratione.

IV ¹⁶ Cf. Conc. VAT. II, Decr. *de Ecclesiis Orientalibus Catholicis*, 21 nov. 1964, n. 4: AAS 57 (1965) p. 77.

E/2843, E/2907] dicta sunt, quae inter se opponuntur, et idcirco expedit ut in singulis casibus seligatur ratio quae opportunior videatur.

[L] Hisce autem in casibus iudicium definitivum reservatur Apostolicae Sedi, eo quod practice agatur de quaestione componenda inter diversos Ritus; firma tamen manet propria Patriarcharum auctoritas constituendi novas Eparchias, quae ipsis in schemate de Ecclesiis Orientalibus recognoscitur.

[M] Solutio denique data est etiam problemati de fidelium cura eiusdem quidem Ritus at *diversi sermonis*, intra territorium diocesanum exsistentium: de qua re prius schema omnino silebat.

I

II [n. 22, 15, 9-15]

22.

9

[cf. nn. 26-32; 32]

[*Conferentiae Episcopalis votum exquirendum*].

Ad dioecesium immutationes aut innovationes ad normam n. 21 inducendas, salva disciplina Ecclesiarum Orientalium, competentes Conferentiae Episcopales his negotiis pro suo quaeque territorio -ope etiam adhibita/peculiaris Commissionis Episcoporum, si id necessarium videatur-sedula cura studeant et, auditis Episcopis quorum interest, Apostolicae/Sedi sua vota proponant. [A]

II [A] In n. 22 denique statuitur ut ad negotium circumscriptionis dioecesium rite expediendum vota sua Apostolicae Sedi competentes Episcoporum Conferentiae proponant, et expresse additur; «salva disciplina Ecclesiarum Orientalium», quia in illis ad rem pecuniaria iura Synodis Patriarchalibus competitunt.

III [A] In n. 24 committitur Conferentiis Episcopalis facultas (non autem officium, prout in textu priore dicebatur) studendi hisce negotiis et sua vota ac consilia Apostolicae Sedi proponendi: satis tamen innuitur desiderium ut Conferentiae hac facultate utantur, iuxta necessitates quidem sui territorii.

Peculiaris Commissio ad haec negotia – quae neque necessaria, ut probe nostis, neque permanens imponitur – in novo textu dicitur simpliciter «Episcopalis», non autem «Episcoporum», ne videantur ab ea a priori exclusi viri vere periti qui non sint chartere episcopali ornati. Denique statuitur semper esse audiendos in his negotiis non solum singulos Episcopos, quorum directe interest, sed Episcopos quoque totius provinciae vel regionis ecclesiasticae intra cuius fines dioecesium recognitio fit.

[B] *Ad n. 22 (nunc n. 24): P. 15, linn. 9 et sqq.: ratione habita animadversio-*

III [n. 24, 39, 7-18]

7 24. (olim n. 22).

8 [Conferentiae Episcopalis/votum exquirendum]. [A]

9 Ad dioecesium immutationes
 10 aut innovationes ad normam
 11 nn. 22-23/inducendas *quod attinet*, salva disciplina Ecclesiarum Orientalium, *expedit ut*
 12 competentes/Conferentiae Episcopales his negotiis pro suo
 13 quaeque territorio *studeant*
 14 -ope etiam adhibita peculiariis Commissionis Episcopalis, si id/*opportunum* videatur,
 15 at semper auditis
 16 *praesertim* Episcopis Provinciarum vel Regionum/quarum interest- et deinde sua consilia et vo-
 17 ta Apostolicae Sedi proponant. [B]

IV [n. 24, 18, 25-31]

24.

25

Ad dioecesium immutationes
 aut innovationes ad normam
 nn. 22-23 inducendas quod attinet, salva disciplina Ecclesiarum Orientalium, expedit ut
 competentes Conferentiae Episcopales haec negotia/pro suo
 quaeque territorio examini subiciant -ope etiam adhibita peculiariis Commissionis Episcopalis, si id opportunum videatur,
 at semper /auditis
 praesertim Episcopis Provinciarum vel Regionum quarum interest- et deinde sua consilia et vo-
 ta Apostolicae Sedi proponant.

num, quae a pluribus Patribus [E/2569, E/2665, E/2787, E/2889, E/2901, E/2972] exhibitae sunt, duplex facta est emendatio textus n. 22: *a) Conferentiis Episcopali bus solummodo facultas tribuitur, non autem obligatio imponitur, negotio de circumscribendis dioecesibus studendi ut vota et consilia sua Apostolicae Sedi proponant; b) statuitur ut circa idem negotium semper audiantur Episcopi provinciae vel regionis ecclesiasticae, quia eorum in quolibet casu interest ut dioecesum, in suo territorio existentium, circumscriptiones recte et opportune definiantur.*

Adnotare quoque iuvat pro verbis «Commissio Episcoporum», verba nunc adhiberi «Commissio Episcopalis»: sic enim manifeste apparet in ipsa etiam peritos et technicos, qui non sint Episcopi, partem habere posse, si id expedire videatur.

IV * In num. 24 autem, quo clarior schematis sensus appareat, iam non dicitur, observantibus quibusdam Patribus, «Conferentiae Episcopales his negotiis (de circumscriptione nempe dioecesum) *studeant*», quum haec vox aequivocatione quadam laborare possit; sed potius commendatur ut ea negotia «*examini subiciant*».

I [n. 6, 9, 1-8]

Caput II

DE EPISCOPORUM COADIUTORIBUS ET
AUXILIARIBUS

9 6.

[Prooemium].

- 2 In regendis dioecesisbus duae,
inter alias,/aeque graves saepe
difficultates.
- 3 Quarum altera ex/eo proficiuntur
4 quod Episcopus, infirmitate
vel provecta aetate/gravatus vel
alii gravi causa praepeditus,
5 suo officio, sicut oportet, ex-
plendo impar evadit; altera vero
6 ex eo quod Episcopus,/viribus li-
cet validus ac potens, nequit, ob
7 nimiam dioecesis amplitudinem
vel nimium incolarum nume-
8 rum vel peculiaria apostola-

II [n. 23, 15, 16-21]

III – *Episcopi Dioecesani in mu-
nere Pastorali cooperatores [A]*

- 1)
- Episcopi Coadiutores et Auxili-
liares.*

23.

16

[Normae de constituendis Auxi-
liaribus et Coadiutoribus]. [B]

- In/regendis dioecesisbus, pasto-
rali Episcoporum muneri ita
provideatur, ut/bonum dominici
gregis semper sit suprema ratio.
Quod bonum ut debite procure-
tur, haud raro Episcopi Auxilia-
res constituendi sunt,

- 17
18
19
20
21
- eo/quod Episcopus dioecesa-
nus, vel ob
nimiam dioecesis amplitudinem
aut/nimium incolarum nume-
rum, vel ob peculiaria apostola-

II [A] In articulo tertio agitur de cooperatoribus Episcopi dioecesani. In pri-
mis Episcoporum Coadiutorum et Auxiliarium munus, potestas atque necessi-
tudines cum Episcopo dioecesano pressius determinantur. Deinde definitur
partes quas, inspectis fine dioecesis atque necessitatibus curae animarum, ha-
bent Curia et Consilia dioecesana, clerus dioecesanus, praesertim parochi, at-
que tandem Religiosi, quatenus operibus apostolatus in dioecesi addicuntur.

[B] In art. III agitur de *Episcopi dioecesani in munere pastorali Cooperato-
ribus*. 1) *De Episcopis Coadiutoribus et Auxiliaribus*, de quibus in nn. 6-15
prioris schematis, normae et praescripta nunc exponuntur in nn. 23 et 24, sed
maior brevitas novi textus non impedivit quominus principaliora servarentur,
quae in illo habebantur; insuper autem congrua ratio habita est animadversio-
num, quae a Patribus Conciliaribus [E/1412, E/1480, E/1429, E/1430, E/1487,
E/1736, E/1536, E/1484, E/1503, E/1633, E/1870, E/2165] propositae sunt.

III [A] Episcopi Coadiutores et Auxiliares. Variae quaestiones a Patribus agi-
tatae sunt. Prima, non quidem eodem sensu nec ob easdem rationes proposita,
haec fuit: utrum in iure condendo, utraque figura, Episcopi nempe Coadiutoris
et Auxiliaris, servari deberet. Huic quaestioni Commissioni visum est adsen-
tiendum et his quidem de causis: a) quia id postulaverat pars maxima Patrum,
ex quibus plus quam centum [E/2569, E/2804, E/2765, E/2777, E/2810, E/2898,
E/2913, E/2199] de illorum facultatibus expresse disseruerant; b) quia indoles
pastoralis Concilii exigit ut ad *obiectivas* dioecesum necessitates pastorales at-
tendatur. Hae autem requirunt, ex una parte, ut Episcopi dioecesani aptis et va-
lidis cooperatoribus iuventur, qui erunt plerumque Episcopi Auxiliares, quan-
do de magnis dioecesibus agatur, et, alia parte, ut Episcopi dioecesano Coad-

	III [n. 25, 39, 19-28]		IV [n. 25, 18, 34-38]	
	III – <i>Episcopi Dioecesani in munere Pastorali cooperatores</i>		III – <i>Episcopi Dioecesani in munere Pastorali cooperatores</i>	
	1) <i>Episcopi Coadiutores et Auxiliaries.</i> [A]	*	1) <i>Episcopi Coadiutores et Auxiliaries</i>	
19	25. (olim 23).		25.	34
20	[<i>Normae de constituendis Auxiliaribus et Coadiutoribus</i>].			
pastoralia opera spectant inve-
stigare, perpendere/atque de eis
practicas expromere conclusio-
nes. [D]

II [D] De Consilio autem Pastorali multa apte explicantur in schemate «de cura animanum», p. 57, nn. 37 et 38.

III [E] [Cf. **III D b**].

[F] P. 17, linn. 3-7: animadversiones Patrum [E/2552, E/2785, E/2807, E/2850] potius *Consilium pastorale* respiciunt. Aliqui [E/2807] *unicum Consilium* desiderarunt in dioecesi, pro negotiis administrativis ac pro activitate pa-
storali, pro universa nempe responsabilitate dioecesana. Commissio apte di-
stinguendam esse censuit actionem pastoralem, cui, praeter sacerdotes dioece-
sanos, consulunt etiam religiosi et laici, a negotiis administrativis, quibus pro-
videt Episcopus speciali modo, personarum ope et institutionum a iure pre-
scriptarum. Neque Commissio necessarium duxit ante verba «clericis, religiosi
et laici» addere «simul aut separatim» [E/3046]: hoc enim, quia rem practicam
attigit, in plena Episcopi facultate, utpote praesidis Consilii pastoralis, relin-

III [n. 27, 41, 27-34]

IV [n. 27, 20, 10-14]

27 Valde optandum est ut in una-
 28 quaque dioecesi peculiare insti-
 tuatur Consilium pastorale, [E]
 29 cui Episcopus dioecesanus ipse
 30 praesit et in quo clerici, religiosi
 31 et laici, specialiter delecti, /part-
 es habeant. [F]
 32 Huius Consilii erit, ea quae/ad
 33 pastoralia opera spectant inve-
 stigare, perpendere atque de eis
 34 practicas expromere conclusio-
 nes. [G]

100	Valde optandum est ut in una- quaque dioecesi peculiare insti- tuatur/Consilium pastorale, cui Episcopus dioecesanus ipse praesit et in quo clerici, religiosi et laici, specialiter delecti, par- tes habeant.	10
103	Huius Consilii/erit, ea quae ad pastoralia opera spectant inve- stigare, perpendere atque/de eis practicas expromere conclusio- nes.	11
104		12
		13
		14

quendum est.

[G] De aliis quaestionibus, ex. gr. de remotione inamovibilitatis in canonicis Capitulorum [E/2807], de coetu presbyterorum ab Episcopo constituendo loco Capituli cathedralis [E/2901], etc. Commissio agere noluit, quia potius futurae Codicis Iuris Canonici recognitioni amandanda sunt.

IV 103 – Pag. 41, linn. 27-34: «Partes laicorum in Consilio pastorali sint con-
 sultivae» (*1 Pater*).

R. – Iuxta textum schematis, hoc Episcopi dioecesani determinationi relinquitur.

104 – Pag. 41, lin. 34: «Consilium sit obligatorium et consultandum statis tem-
 poribus» (*1 Pater*).

R. – Hoc pendet a voluntate Episcopi: neque imponi potest in Decreto Conciliari, ob tot diversas locorum circumstantias.

I

II [n. 26, 17, 8-10]

3) *Clerus dioecesanus.* [A]

26.

8

[*Sacerdotes diocesani*].

In animarum cura pro-
curanda primas/partes habent
sacerdotes dioecesani,
qui, providi cooperatores ordi-
nis episcopalis effecti 9
10

et

II [A] *De Clero Dioecesano* agitur in nn. 26-30 novi huius schematis Commis-
sio censem.

III [A] *Clerus dioecesanus. De sacerdotibus dioecesanis* prima mentio fit in num. 28 (olim n. 26), quia primas inter clerus dioecesis partes in cura animatum cum Episcopo habent. Non paucae mutationes in textu a Commissione nostra factae sunt, iuxta Patrum animadversiones. **Prima** est de sacerdotum dioecesanorum condicione in Ecclesia particulari [E/2809, E/2798, E/2846]. In textu qui nunc proponitur clariore luce appetat simul et fundamentalis ratio unitatis sacerdotum cum suo Episcopo, quae consistit in participatione unici sacerdotii Christi, et eorum incorporatio Ecclesiae particuliari, in cuius servitium integre et totaliter sese tradunt [E/2798, E/2809, E/2846, E/2847, E/2850, E/2811, E/2843, E/3288]. **Secunda** textus mutatio in Episcopi affirmata libertate consistit, quoad officia et beneficia, etiam non curata, sacerdotibus conferenda: suppressis quidem iuribus seu privilegiis, quae illi libertatem quoquo modo coarctare possunt. Sane hoc exigitur ab ipso munere pastorali, cuius est apte et aequa officia distribuere inter sacerdotes [E/2850, E/2565, E/2761, E/2785, E/2809, E/2842]. **Tertia** tandem innovatio respicit necessitatem colloquii de re pastorali, quod quidem in textu urgetur inter Episcopum et suos sacerdotes, ut eorum voluntates plane conscientur [E/2846, E/2643, E/2847, E/2849, E/2850, E/2852, E/2962].

[B] Quidam Pater [E/2847] censuit verba «presbyterium dioecesanum» ap-
tiora esse quam «sacerdotes dioecesani». Notandum tamen est hic agi de sa-
cerdotibus, utpote Episcopi cooperatoribus. Praeterea sufficienter affirmatur
sacerdotes dioecesanos, ob eorum cum Episcopo unionem atque Ecclesiae par-
ticuliari ditionem, «unum constituere presbyterium atque unam familiam,
cuius Pater est Episcopus» [E/2813, E/2753].

IV * Petentibus multis Patribus, duae innovationes in num. 28 introductae sunt. Prima respicit ipsum modum exponendi: sane primo proponitur in novo textu id quod commune est omnibus presbyteris, dioecesani sint vel religiosi,
atque, secundo loco, quod est proprium *sacerdotum dioecesanorum* explicatur,
qui nempe, «Ecclesiae particulari incardinati vel addicti, eiusdem servitio ple-

	III [n. 28, 41, 35 – 42, 3]	IV [n. 28, 20, 15-18]	
	3) <i>Clerus dioecesanus.</i> [A]	3) <i>Clerus dioecesanus.</i>	
35	28. (olim n. 26).	* , 109 28.	15
	[<i>Sacerdotes diocesani</i>].	110	
	[B]	105 <i>Omnes quidem presbyteri sive dioecesani sive religiosi, unum sacerdotium Christi cum Episcopo participant et exercent, ideoque Ordinis episcopalis providi cooperatores constituuntur.</i>	16
	[cf. ln. 2-3]	106 <i>In animarum autem/cura pro-</i> 107 <i>curanda primas partes habent sacerdotes dioecesani,</i>	17
36	In animarum cura pro-	108 <i>sacerdotes dioecesani, quippe qui,</i>	18
37	curanda primas partes/habent		
42	sacerdotes dioecesani,		
2	qui, providi cooperatores Ordini-	106 <i>curanda primas partes habent</i>	
3	nis episcopalis effecti, <i>unum sa-</i>	108 <i>sacerdotes dioecesani, quippe qui,</i>	
	cerdotium Christi cum Episcopo		
	participant/et exercent atque	108 [cf. ln. 15-16]	

ne sese devovent». Secunda textus mutatio haec est: post affirmatas Episcopum inter et sacerdotes dioecesanos necessitudines, vinculis caritatis potissimum innixas, textus emendatus commendat ut illos Episcopus *vocare velit* ad colloquium, commune quoque, de re praesertim pastorali. Tollitur ergo verbum *instituat*, ne plures Patres deinceps anxii sint, quasi de quadam iuridica institutione in casu agatur.

105 – Pag. 41, lin. 37; et pag. 42, lin. 1: *Omnes sacerdotes, curam animarum habentes, sunt cooperatores Ordinis episcopalis (23 Patres).*

R. – Verum quidem est. Attamen, ob eorum plenam incorporationem Ecclesiae particulari, incardinationis causa, certum est sacerdotes dioecesanos *primas partes* habere in *cura animarum*. Textus autem ita emendatus est ut meliorem redactionem praebeat.

106 – Pag. 41, lin. 36: Videtur falsum «*primas partes habere sacerdotes dioecesanos*», quia omnes sacerdotes aliquo modo sunt cooperatores Episcopi (23 Patres).

R. – Cf. superiorem responsionem.

107 – Pag. 42, linn. 1-2: «*Omnes sacerdotes, et non dumtaxat dioecesani, participant cum Episcopo unum sacerdotium Christi*» (23 Patres).

R. – Textus recognitus primo affirmat omnes sacerdotes, dioecesani sint vel religiosi, cooperatores esse Ordinis episcopalis, ob eandem participationem in unico Christi sacerdotio; postea ea quae sunt propria sacerdotum dioecesanorum explicat.

108 – Pag. 41, lin. 37: Auferatur verbum «*dioecesani*» (1 Pater).

R. – Provisum in textu recognito.

109 – Pag. 41 et 42: Relate ad totum numerum 28: «*Norma debet dari de bona distributione servitii seu operis sacerdotalis*» (1 Pater).

R. – Distributio servitii seu operis sacerdotalis in dioecesi est res practica ab Episcopo determinanda iuxta peculiares loci condiciones; de illa ergo Decreto Conciiliare pertractare non debet.

110 – Pag. 41-42: Terminologia «*clerus dioecesanus*» inadaequata videtur (1 Pater).

R. – Negandum omnino est: cf. responsionem datam ad n. 114.

Ecclesiae peculiri incardinati vel addicti, eiusdem servitio plene sese devovent 11

unum
constituunt presbyterium atque
unam familiam, cuius pater est
Episcopus. [B] 12

Hinc sacerdotum dioecesano-
rum necessitudines cum Epi-
scopo 13

vinculis potissimum su-
pernaturalis caritatis inniti de-
bent, ita quidem ut/eorum
voluntatis consociatio cum Epi-
scopi voluntate pastoralem eo-
rumdem actionem reddat ubi-
riorem. 14

15

16

II [B] Expresso annotandum esse quod clerus servitio dioecesis addictus perfectam fovere concordiam cum Episcopo et necessitatibus etiam oeconomicis dioecesis subvenire debet.

III [C] *Ad n. 26 (nunc n. 28)*: Quatuor Patrum animadversiones admissae sunt, quae textum schematis diuini reddunt: P. 17, linn. 8-12: *a) inseritur in «sacerdotes dioecesani unum sacerdotium Christi cum Episcopo exercent»*: haec enim est ratio fundamentalis unitatis sacerdotium cum suo Episcopo, quae consistit in participatione unici sacerdotii Christi [E/2809]; *b) additur «ad unam dominici gregis portionem pascendam»*: quo appareret totius activitatis dioecesanae finis, sacerdotum nempe cum suo Episcopo, quae populum Dei respicit [E/2798].

[D] P. 17, lin. 12: tandem Commissio, iuxta aliquorum Patrum [(cf. 28 A se-
cunda) E/2809, E/2866, E/2785] petitionem, existimavit statui debere principium de libertate Episcopi in conferendis officiis et beneficiis ut liber evadat non secus ac in paroeciis provehendis. Quod certe admissum est, ita ut in futurum supprimant quelibet iura aut privilegia, quae eamdem libertatem quoquo modo coarctare possint.

IV 111 – Pag. 42, lin. 4: «Eiusdem servitio plene sese devovent» valet etiam pro Religiosis (23 Patres).

R. – Non eodem gradu neque eadem ratione ac pro sacerdotibus dioecesaniis.

112 – Pag. 42, lin. 6 «Unum constituunt presbyterium: idem pro Religiosis» (23 Patres).

R. – Aliquo quodam sensu verum est: attamen descriptio sacerdotum dioecesa-

III [n. 28, 42, 3-19]

IV [n. 28, 20, 19-29]

4 [C] Ecclesiae particulari incar-
 5 dinati vel addicti, eiusdem servi-
 6 tio plene sese/devovent ad
 7 unam dominici gregis portio-
 8 nem/pascendam; quare unum
 9 constituunt presbyterium atque
 10 unam familiam, cuius pater est
 11 Episcopus.

12 *Qui, ut ministeria sacra inter sa-
 13 cerdotes suos aptius et aequius
 14 disponere valeat, necessaria liber-
 15 tate gaudere debet in officiis vel
 16 beneficiis conferendis, suppres-
 17 sis/proinde iuribus seu privile-
 18 giis, quae eamdem/liberta-
 19 tem quoquo modo coartent.* [D]

1 Sacerdotum dioecesano-
 2 rum necessitudines/cum Epi-
 3 scopo
 4 vinculis potissimum su-
 5 pernaturalis caritatis inniti de-
 6 bant, ita quidem ut eorum
 7 voluntatis consociatio cum Epi-
 8 scopi voluntate pastoralem eo-
 9 rumdem actionem reddat/uber-
 10 iorem.

Quare, ut animarum servitium

111 Ecclesiae particulari incar-
 112 dinati vel addicti, eiusdem servi-
 113 tio plene sese/devoveant ad
 114 unam dominici gregis portio-
 115 nem pascendam; quare unum
 116 constituunt presbyterium atque
 117 unam familiam, cuius pater est
 118 Episcopus.
 119 Qui, ut ministeria sacra inter sa-
 120 cerdotes suos aptius et aequius
 121 disponere valeat, necessaria li-
 122 bertate gaudere debet in officiis
 123 vel beneficiis conferendis, sup-
 124 pressis proinde iuribus seu pri-
 125 vilegiis, quae eamdem liberta-
 126 tem quoquo modo coartent.

115 *Necessitudines Episcoporum inter et sacerdotes dioecesanos*
 116 vinculis/potissimum su-
 117 pernaturalis caritatis inniti de-
 118 bant, ita quidem ut sacerdotum
 119 voluntatis consociatio cum Epi-
 120 scopi voluntate pastoralem eo-
 121 rumdem actionem reddat ube-
 122 riorem.
 123 Quare, ut animarum servitium

norum quae in textu continetur, in omnibus suis elementis simul sumptis, nullo excepto, considerari debet.

113 – Pag. 42, lin. 11: Deleantur verba «vel beneficiis» (*2 Patres*).

R. – Deleri non debent, quia beneficia existunt de iure et de facto.

114 – Pag. 42 post lin. 13: Addatur: «sacerdotes dioecesani hic intelliguntur omnes sacerdotes, sive ad clerum saecularem pertineant sive religiosi sint, qui apostolatui dioecesano sunt addicti» (*1 Pater*).

R. – Textus recognitus meliorem de hac re explicationem affert. Praeterea sacerdotes «dioecesani» illi sunt qui Ecclesiae particularis servitio plene sese devotent; religiosi autem potius dicuntur pertinere ad clericum «dioecesis» (cf. n. 34).

115 – Pag. 42, linn. 15 ss.: Textus recognoscatur ita ut «officium caritatis» pro subiecto habeat in hoc loco Episcopum (*1 Pater*).

R. – Textus ita emendatus est, ut vinculum caritatis omnes afficiat, Episcopum simul et suos sacerdotes.

116 – Pag. 42, linn. 18-19: Loco «cum Episcopi voluntate... uberiorem» dicatur «eorumdem actionem reddat apostolicam» (*2 Patres*).

R. – Magis congruens est textus schematis: agitur enim, non ut sacerdotum actio reddatur apostolica, sed cum talis iam sit, ut «uberior» fiat.

117 – Pag. 42, linn. 19-24: «Colloquium instituatur cum omnibus sacerdotibus curam animarum exercentibus» (*23 Patres*).

R. – Bonum est ut Episcopo peculiare colloquium commendetur cum sacerdotibus dioecesanis; cum Religiosis tale colloquium haberi potest, sive per Consilium pastorale, sive per speciales conventus, ratione paroeciarum vel diversorum apostolatus operum.

17
18
19
20
21

Qua de causa omnes sacerdotes dioecesani uniti inter se sint ideoque/boni spiritualis universae dioecesis sollicitos se praebant; insuper, *memores* bona quae occasione officii sacri sibi comparant, a fines Ecclesiae destinari, attenti sint ad necessitates materiales quoque dioecesis, ad/quas sublevandas iuxta ordinationem Episcopi, pro posse opes conferant. [C]

II [C] Cf. nota [B].

III [E] P. 17, linn. 13-16: frequens colloquium Episcopi cum suis sacerdotibus urgetur, quod a necessaria consociatione voluntatum in apostolatu exigitur [E/2846, E/2849, E/2631, E/2643].

[F] P. 17, linn. 17-21: *d)* ratio ostenditur, qua sacerdotes attenti sint oportet ad necessitates materiales quoque dioecesis: bona enim temporalia, quae occasione ecclesiastici munieris sibi comparant, relationem cum munere sacro habent [E/3045].

[G] Alius Pater [E/2878] postulavit addendum: «... omnes sacerdotes, nisi causa vere impeditiva, aliquod ministerium sacrum commissum semper habere». Quod quidem aptius praescribitur in num. 16.

IV 118 – Pag. 42, linn. 19-24: Mutetur: «Quare, ut animarum servitium magis magisque promoveatur, instituatur senatus dioecesanus, compositus ex sacerdotibus doctrina et prudentia praestantibus, qui Episcopo assistant in gravioribus negotiis et in planificatione actionis pastoralis totius dioeceseos» (21 *Patres*).

R. – Sufficit institutio Consilii pastoralis, quae in n. 27 habetur. Praeterea Episcopo potestas non deest ut Consilium in modo proposito, si id expedire videatur, constituat; inopportunum est in Decreto Conciliari plura constituiri Consilia. 119 – Pag. 42, linn. 20-21: Loco «cum suis sacerdotibus» dicatur «saltem cum Vicariis foraneis» (1 *Pater*).

R. – Implicite continetur in textu: colloquii modus iudicio Episcopi omnino relinquendus est.

120 – Pag. 32, lin. 21: Post verbum «sacerdotibus» addatur «doctrina ac prudentia praestantibus» (59 *Patres*).

R. – Non admittitur, quia Episcopus colloquium habere debet cum omnibus sacerdotibus, nullo excepto: omnes enim animarum curae una cum Episcopo ad dicuntur in bonum Ecclesiae particularis.

121 – Pag. 42, linn. 21-22: Post «colloquium» addatur «etiam commune frequenter habere satagat» (15 *Patres*).

III [n. 28, 42, 19-32]

IV [n. 28, 20, 29-37]

20	<i>magis magisque promoveatur,</i>	118	<i>magis/magisque promoveatur,</i>	30
21	<i>Episcopus cum suis/sacerdotibus de re praesertim pastorali</i>	119	<i>Episcopus sacerdotes</i>	
22	<i>colloquium commune quoque instituat,</i>	120	<i>a d</i>	
23	<i>non tantum/data occasione, sed etiam, quantum fieri possit, statis temporibus.</i> [E]	121	<i>colloquium, commune/quoque, de re praesertim pastorali, vocare velit, non tantum data occasione, sed etiam, quantum fieri possit, statis temporibus.</i>	31
24	<i>Praeterea, omnes sacerdotes dioecesani uniti inter se sint ideoque boni spiritualis universae dioecesis sollicitudine urgantur; insuper,/memores bona, quae occasione officii ecclesiastici sibi comparant, cum munere sacro cohaerere, necessitatibus materialibus quoque dioecesis,</i>	122	<i>Praeterea, omnes sacerdotes dioecesani uniti inter se sint ideoque/boni spiritualis universae dioecesis sollicitudine urgantur; insuper,/memores bona, quae occasione officii ecclesiastici sibi comparant, cum/munere sacro cohaerere, necessitatibus materialibus quoque dioecesis,</i>	32
25	<i>iuxta Episcopi ordinationem, pro viribus/liberaliter subveniant.</i> [F]	123	<i>/iuxta Episcopi ordinationem, pro viribus liberaliter subveniant.</i>	33
32	<i>[G]</i>	124		34
		125		35
		126		36
				37

R. – Modus, quoad essentialia, admittitur: ideo textus emendatur, verbum «instituat» substituendo per verba «vocare velit». [Cf. * n. 28].

122 – Pag. 42, linn. 24: Addatur: «statis et frequentibus temporibus» (*1 Pater*).

R. – Colloqui frequentia cum suis sacerdotibus Episcopi arbitrio relinquenda est, iuxta peculiares dioecesis condiciones.

123 – Pag. 42, linn. 25 ss.: Est consilium quod pro omnibus valet sacerdotibus (23 Patres).

R. – Affirmandum: sed specialis commendatio facienda est pro sacerdotibus dioecesanis, quia religiosi proprios habent Superiores.

124 – Pag. 42, linn. 25-32: Remittatur ad schema «De institutione sacerdotali»: (nunc schema est «De ministerio et vita presbyterorum») itemque: pag 43, linn. 9-42; pag. 44, linn. 1-38; pag. 45, linn. 34-39; pag. 46, linn. 12-28 (*1 Pater*).

R. – Etsi plura dicantur in schemate «De institutione sacerdotali» (quod nunc schema est «De ministerio et vita presbyterorum») congruum omnino est ut hic aliqua principia generalia enumerentur quae sacerdotes dioecesanos respiciant, quatenus Episcopi cooperatores in cura animarum.

125 – Pag. 42, linn. 27-32: Post «insuper» mutentur verba sequenti modo «insuper praesto sint, utpote fratres et in spiritu paupertatis efformati, ad communicanda bona materialia, non solum suae paroeciae in favorem aliarum in egestate laborantium, sed etiam propria, pro viribus, in adiutorium aliorum sacerdotum, ea sc. quae occasione officii vel alias laboris sacerdotalis sibi comparant, iuxta Episcopi proprii vota vel ordinationem» (*1 Pater*).

R. – Modus non admittitur, etsi multa bona contineat: haec enim potius ad schema «De institutione sacerdotali» pertinent, quod nunc appellatur «De ministerio et vita presbyterorum». Sufficit in nostro schemate principium generale in textu enuntiatum.

126 – Pag. 42, lin. 33: Addatur «ex parte sua dioecesis provideat ut sacerdotes, praecipue senes et infirmi, sufficientia habeant ut possint vivere» (*1 Pater*).

R. – Propositio haec, optima quidem, ad schema «De institutione sacerdotali» (nunc «De ministerio et vita presbyterorum») remittitur.

I

II [n. 27, 17, 22-26]

27.

22

[*Sacerdotes operibus supraparoe-
cialibus addicti*].

Inter proximiores Episcopi co-
operatores habentur illi sa-
cerdotes, quibus

apostolatus opera indo-
lis supraparoeialis ab ipso
committuntur, sive quoad/deter-
minatum dioecesis territorium,
sive quoad speciales fidelium
coetus,/sive quoad peculiare ac-
tionis genus. [A]

23

24

25

26

II [A] Peculiari modo opera indolis supraparoeialis commendantur, quae nostris diebus maxime sunt necessaria pro ministerio pastorali.

III [A] In num. 29 (olim n. 27), qui *de sacerdotibus operibus supraparoe-
cialibus addictis* agit, nova propositio addita est, iuxta petitionem quorundam Patrum [E/3046, E/2761, E/2763]. Hoc modo indicantur illi sacerdotes, qui optimum auxilium Episcopo praestant, sive in scholis sive in aliis institutis vel associationibus. Commissioni autem maxima curae fuit attente examinare omnes illas Patrum [E/2558, E/2643, E/2669, E/2753, E/2762, E/2785, E/2849, E/2901, E/2912, E/3045] animadversiones, quae *circa parochorum munera aut stabilitatem in officio* factae sunt. Quae quidem paucae non fuerunt. Quantum possibile fuit, Commissio nostra omnibus satisfacere conata est.

[B] *Ad n. 27 (nunc n. 29): Nulla pervenit ad Commissionem animadversio.
Iuxta optata autem unius Patris [E/2761], visum est mentionem facere illorum
sacerdotum, qui munere apostolico ab Episcopo decorantur in scholis, institutionibus,
associationibus, etc.; quaeque munera a parocho ut plurimum exerceri nequeunt.*

IV * Nova propositio continetur in num. 29, quum nulla mentio in textu prio-

III [n. 29, 42, 33 – 43, 3]

IV [n. 29, 20, 38 – 21, 6]

33	29.	*	29.	38
34	[<i>Sacerdotes operibus/supraparoecialibus addicti</i>]. [A]			
35	Proximiores Episcopi cooperatores sunt illi etiam sacerdotes,/quibus apostolatus opera indolis supraparoeccialis ab ipso committuntur, sive quoad determinatum dioecesis territorium, sive quoad speciales fidelium coetus, sive quoad peculiare/actionis genus.	127	Proximiores Episcopi cooperatores sunt illi etiam sacerdotes,/quibus munus pastorale aut apostolatus opera indolis supraparoeccialis/ab ipso committuntur, sive quoad determinatum dioecesis territorium, sive quoad speciales fidelium coetus, sive quoad peculiare actionis genus.	39
36				40
37				41
38				
39				
40				
41	<i>Eximiam quoque adiutricem operam praestant sacerdotes, quibus ab Episcopo diversa/munera apostolatus, sive in scholis sive in aliis/institutis aut associationibus, concreduntur.</i>		<i>Eximiam quoque adiutricem operam praestant sacerdotes, quibus/ab Episcopo diversa munera apostolatus, sive in scholis sive in aliis institutis aut associationibus, concreduntur.</i>	21
42				2
43				3
2				
3				
	[B]			
128			<i>Etiā illi sacerdotes, qui operibus supradioecesanis sunt addicti, cum praecēlara apostolatus opera/exerceant, peculiari sollicitudini commendantur praesertim Episcopi in/cuius dioecesi commorantur.</i>	4
*				5
				6

re facta fuerit de sacerdotibus operibus supradioecesanis addictis. Postulantibus nonnullis Patribus, affirmatur in textu recognito illos praecēlara opera exercere atque peculiari sollicitudini commendatum iri, praesertim Episcopi in cuius dioecesi commorantur. [Cf. *Modus 128*].

127 – Pag. 42, lin. 34: Deleatur verbum «proximiores» et tantum dicatur «Episcopi cooperatores sunt illi...» (1 Pater).

R. – Non admittitur modus, quia non agitur de proximitate geographica cum Episcopo, sed de proximitate *moralis*. Sane, nostris temporibus paroecia, in cura animarum tradenda, sibi sufficiens amplius concipi non potest; hac de causa vere proximiores sunt Episcopo illi sacerdotes qui, sive munus pastorale exercent (v. g. Vicarii foranei), sive operibus addicuntur indolis supraparoeccialis; quaeque omnia, munera sint vel opera, operibus paroeciarum actionem pastoralem complent atque perficiunt.

128 – Pag. 42-43: Addatur: «Sacerdotes vero quibus apostolatus opera indolis supradioecesanae committuntur, se sciant cooperatores Ordinis episcopalis magis significari» (15 Patres).

R. – Admissa emendatione, nova propositio textui additur, in qua constat et praecēlara opus ab his sacerdotibus peractum et eorum commendata sollicitudo praesertim Episcopo, in cuius territorio commorantur.

[*Parochorum munera*].

Praecipua autem ratione Episcopi cooperatores sunt parochi, quibus, tamquam pastoribus propriis, animarum cura committitur in determinata dioecesis parte sub illius auctoritate. In hac autem cura gerenda parochi, cum suis adiutoribus ita munus/docendi, sanctificandi et regendi adimpleant, ut fi- deles atque communitates pa- roeciales, tum dioecesis tum to- tius Ecclesiae universalis mem- bra/revera se sentiant.

28

29

30

31

32

33

III [A] Quoad autem parochorum *munera*, sequentia textui praecedenti addita sunt in eodem num. 30 (olim 28): *a*) necessaria collaboratio cum ceteris parochis et sacerdotibus, qui operibus supraparoecialibus adscribuntur; *b*) urgens spiritus missionarius in cura animarum, quae in paroecia exercetur; *c*) commendata vita communis, praesertim illis sacerdotibus qui eidem paroeciae addicuntur; *d*) cooperatio religiosorum et laicorum ad catechetica- m instructionem fidelibus tradendam; *e*) sacramenti Poenitentiae administratio, ad quam necesse est ut faciles se praebeant animarum pastores.

[B] *Ad n. 28 (nunc n. 30)*: Huius numeri textus praeceteris locupletior evadit, acceptis quibusdam Patrum [E/2531, E/2643, E/2785, E/2843, E/2903, E/3046] suggestionibus: P. 17, lin. 27 – p. 18, lin. 2: in primo commate commendatur cu- rae pastoralis exercitium «*coniunctis viribus*» inter parochos atque inter ipsos et sacerdotes operibus supraparoecialibus addictos [E/2849]. Haec apostolatus forma maxime convenit, inspectis necessitatibus nostri temporis. Revera nostrum schema *Conferentias* Episcoporum necnon *Consilium pastorale* dioecesanum instituit; eadem ratione cura pastoralis exercenda est, indeque et opera supraparoecialia et cooperatio inter parochos commendantur.

IV * Praeter alias minoris momenti emendationes, in num. 30, 2) tolluntur verba *si expediatur*, quae per vocem *quoque* substituuntur, quando de Confraternitate Doctrinae Christianae sermo fit: id enim petierunt plus quam centum Patres. 129 – Pag. 43-44: Supprimenda sunt paragraphi 2 et 3, quippe quae melius in schemate «*De institutione sacerdotali*» inserenda videantur atque de munere Episcoporum non agant (93 Patres). R. – In schemate citato principia enumerantur quae sacerdotes *qua tales* respi-

III [n. 30, 43, 4-18]

IV [n. 30, 21, 7-17]

4 30. (olim n. 28).

* 30.

7

[Parochi].

129

5 Praecipua autem ratione Episco-
6 pi cooperatores sunt parochi,
7 quibus, tamquam pastoribus
8 propriis, animarum cura com-
9 mittitur in determinata dioecesis
parte sub illius auctoritate. [A]

10 1) In hac autem cura gerenda
11 parochi, cum suis adiutoribus
12 ita munus docendi, sanctificandi
13 et regendi adimpleant, ut fi-
14 deles atque/communitates pa-
15 roeciales, tum dioecesis tum to-
16 tius Ecclesiae universalis mem-
17 bra revera se sentiant.

Quapropter cum aliis parochis
18 collaborent necnon praesertim
cum sacerdotibus

16 operibus supraparo-
17 cialibus addictis, ut cura/pasto-
18 ralis in dioecesi unitate non ca-
reat atque/efficacior reddatur. [B]

Praecipua autem ratione Episco-
pi cooperatores sunt parochi,
quibus, tamquam pastoribus
propriis, animarum cura com-
mittitur in/determinata dioecesis
parte sub illius auctoritate.

1) In hac autem cura gerenda
parochi, cum suis adiutoribus
ita/munus docendi, sanctificandi
et regendi adimpleant, ut fi-

130

deles atque/communitates pa-
roeciales, tum dioecesis tum to-
tius Ecclesiae universalis/mem-
bra revera se sentiant.

130

Quapropter cum aliis parochis
collaborent/necnon

131

cum sacerdotibus, qui munus pa-
storale in territorio exercent/(uti
sunt e. g. Vicarii Foranei, Decani),
vel operibus indolis supraparo-
cialis sunt addicti, ut cura pasto-
ralis in dioecesi unitate non ca-
reat atque/efficacior reddatur.

133

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

ciunt; in nostro autem «de parochis» agitur qua Episcopi cooperatoribus. Ergo, ex una parte, textus noster inutilis nequaquam dici potest; ex alia, parochos considerat *sub speciali quodam respectu*, ratione nempe curae animabus tradendae. Ergo textus schematis manere debet.

130 – Pag. 43, lin. 10: Loco «cum suis adiutoribus ita munus sanctificandi etc.» legatur «cum suis vicariis et cum aliis adiutoribus ita munus etc.» (*I Pater*).

R. – Verbum «adiutores» sufficere videtur, siquidem vicarii inter parochi adiutores revera connumerantur: praeterea de illis expressa mentio in eodem numero fit.

131 – Pag. 43, lin. 14: Post verbum «sentiant» addantur haec aut similia: «Vicarius foranei, varias paroecias complectentes, recognoscantur ad hoc ut fraternae unionis parochorum et coordinationis laborum pastoralium fructus melius in die compleantur» (*I Pater*).

R. – In n. 29, inter proximiiores Episcopi cooperatores, recensentur illi sacerdotes qui sive operibus addicuntur sive munus pastorale exercent indolis supraparoecialis: inter hos autem recensentur vicarii foranei. Sufficiens est ergo in schemate de ipsis mentio; alia particularia praescribere de hac re in Decreto Conciliari opportunum non videtur, ob diversissimas locorum ac dioecesum condiciones. Unusquisque ergo Episcopus pro sua dioecesi provideat.

132 – Pag. 43, lin. 15: Deleatur «praesertim». Ratio est ne parochorum et Vicariorum susceptibilitas erga hos sacerdotes quodam modo excitetur (*I Pater*).

R. – Admittitur emendatio et verbum supprimitur.

133 – Pag. 43, lin. 18: Post verbum «reddatur» addatur: «ad hoc maxime iuva-bit opportuna renovatio instituti Vicarii foranei» (*I Pater*).

R. – Pro parte admittitur, ita ut clarior mentio fiat de illis sacerdotibus qui mu-nus pastorale indolis supraparoecialis exercent.

I

II [n. 28, 17, 33 – 18, 6]

Parochi praeterea meminerint omnes in territorio suae/paroeciae degentes, sive christianos sive non, semper sibi commendatos/esse in Domino. [A]

18

2

[cf. DCA n. 15]

In exsequendo munere magisterii, parochorum est: verbum Dei/predicare omnibus christifidelibus, ut hi in fide, spe et caritate radicati,/in Christo crescent et communitas christiana illud testimonium caritatis reddat, quod Dominus commendavit;¹⁸ itemque catechetica

3

4

5

6

II ¹⁸ Cf. *Io.* 13, 35.

II [A] Peropportune ea omnia referuntur, aptius determinata, quae in priori schemate «de cura animarum» exponebantur de parochorum munere docendi, sanctificandi atque regendi.
III [C] P. 18, linn. 3 sqq.: nonnulli Patres [E/2855, E/2804, E/2756, E/3045, E/3046, E/2669, E/2643, E/2689, E/2908] petierunt ut clare constaret curam pastoralem *spiritu missionario* informari debere atque in illos omnes extendi qui in paroccia degunt, sive christiani sint sive non. Quidam Pater [E/2669] expresse memorandos esse infideles existimavit.

[D] Notanda sane sunt verba «*debito modo*», quando de spiritu missionario sermo fit, quoad illos qui in paroecia degunt; verba enim haec illa textus precedentis supplent «sive christianos sive non» [cf. lin. 1]. Revera Commissionis intentio haec est: ut clare appareat diversam rationem in apostolatu habendam esse, quoties de diversis personarum condicionibus agitur.

[E] Alius [E/2804] autem rogavit ut adderetur: si parochus quosdam coetus personarum per se attingere nequit, alios in proprium adiutorium vocet et cum illis collaboret. Has omnes suggestiones Commissio acceptandas esse censuit, quum de rebus agant quae a cura animarum hodie exigantur. Sane, fideles, qui vere christiani sint, pauci numerantur. Inde oportet ut parochus alios quaerat

III [n. 30, 43, 19-39]

19 [C] *Praeterea cura animarum spiritu missionario semper informetur, ita ut ad omnes in paroecia degentes, debito modo, se extendat.* [D]
 20 *Quodsi parochi quosdam personarum coetus/ per semetipsos attingere nequeant, alios, sacerdotes vel laicos, in proprium adiutorium/vocent, qui sibi auxilium praestent in iis quae/ad apostolatum spectant.* [E]
 21
 22 *Ad eamdem vero animarum curam efficaciorem reddendam, vita communis sacerdotum, praesertim eidem paroeciae addictorum, enixe/commendatur, quae, dum actionem apostolicam fovet, caritatis et unitatis exemplum fidelibus praebet.* [F]
 23
 24 2) In exequendo munere magisterii, parochorum est: verbum Dei praedicare omnibus christifidelibus, ut hi in fide, spe et caritate radicati, in Christo crescent et communitas christiana illud testimonium caritatis reddat, quod Dominus commendavit;¹⁶ itemque/catechetica

IV [n. 30, 21, 18-30]

18
 19 *Praeterea cura animarum spiritu missionali semper informetur, ita/ut ad omnes in paroecia degentes, debito modo, se extendat.*
 20 *Quodsi/parochi quosdam personarum coetus attingere nequeant, alios, etiam laicos, in proprium adiutorium vocent, qui sibi auxilium praestent in/iis quae ad apostolatum spectant.*
 21
 22 *Ad eamdem vero animarum curam efficaciorem reddendam, vita communis sacerdotum, praesertim eidem paroeciae addictorum, enixe commendatur, quae, dum actionem apostolicam fovet, caritatis et unitatis exemplum fidelibus praebet.*
 23
 24 2) In exequendo munere magisterii, parochorum est: verbum Dei/praedicare omnibus christifidelibus, ut hi in fide, spe et caritate radicati,/in Christo crescent et communitas christiana illud testimonium caritatis/reddat, quod Dominus commendavit;¹⁷ itemque catechetica

III ¹⁶ Cf. *Io. 13, 35.*

IV ¹⁷ Cf. *Io. 13, 35.*

et ad vitam christianam adducat; quod si per se facere nequit, aliis adiuvantibus fiat. Quod quidem valet, non tantum de fidelibus christianis, sed etiam de aliis christianis, immo et de non christianis.

[F] Ad quam actionem perficiendam, certe valde iuvat vita communis sacerdotum [E/2855, E/2631 E/2753], necnon caritatis et unitatis exemplum ab ipsis datum: quae vita communis in tertio commate commendatur, iuxta cuiusdam Patris [E/2877] optatum.

IV 134 – Pag. 43, lin. 29: Pro «enixe commendatur» dicatur «pro viribus ex forma saltem intermissa instituatur» (*1 Pater*).

R. – Textus schematis melior videtur, quia commendationem enuntiat, quin ad particularia descendat.

135 – Pag. 43, linn. 30-33: Loco «quae dum actionem apostolicam fovet, caritatis et unitatis exemplum fidelibus praebet» legatur «quae talis sit, ut tum actionem apostolicam foveat, tum caritatis et unitatis exemplum fidelibus praebat» (*2 Patres*).

R. – In textu Conciliari sufficit ut vita communis commendetur, quae, *quia de sacerdotibus agitur* erit semper exemplum caritatis et unitatis.

I

II [n. 28, 18, 6-14]

instructione fideles ad plenam christiana doctrinam cognitionem ducere, unicuique aetati accommodatam.

[cf. DCA n. 15]

In perficiendo opere sanctificationis, curent parochi ut celebratio/Eucharistici Sacrificii centrum sit et culmen totius vitae communitatis/christiana; itemque adlaborent ut fideles spirituali pabulo pascantur/per piam et devotam Sacramentorum receptionem atque per consciam/et actuosam in Liturgia participationem.

[DCA n. 15, p. 12, ln. 23-25]

In officio pastoris adimplen-

III [G] Praeterea loco «ad plenam christiana doctrinae cognitionem» melius dicitur in textu emendato: «*ad plenam mysterii salutis cognitionem*».

[H] Petentibus quibusdam Patribus ex America Septemtrionali [E/2689, E/2880, E/2751, E/2769], mentio fit in quarto commate de *Confraternitate Doctrinae christiana*. Quum maximi momenti sit christifidelium educatio religiosa, Commissioni visum est suggestionem acceptandam et Confraternitatis erectionem commendandam esse. Mens tamen Commissionis haec est: sub nomine «Confraternitatis Doctrinae christiana» illae omnes associationes comprehenduntur, quae pro fine habeant christifidelium catechetica instructionem promovere. Ex alia parte, educatio moralis ac religiosa, praesertim puerorum, adeo gravis existimatur, ut parocho commendetur in textu cooperationem quaerere imprimis religiosorum atque, prout fieri possit, etiam laicorum.

[I] In quinto commate acceptata est duorum Patrum [E/2762, E/2866] petatio de explicita mentione facienda sacramenti Poenitentiae: quare ad confessiones fidelium audiendas faciles se praebere debent parochi; immo et aliorum sacerdotum collaborationem, si opus fuerit, requirere tenentur, etiam varias linguis callentium. Hoc enim requiritur saepe nostris quidem temporibus, in quibus tot homines alias petunt nationes studiorum aut rusticationis causa.

III [n. 30, 43, 39 – 44, 17]

instructione fideles ad plenam
 40 *mysterii salutis cognitio-*
 41 *nem ducere, unicuique/aetati*
 42 *accommodatam.* [G]
Ad hanc autem instructionem
tradendam non solum religiosorum/auxilium quaerant, sed
44 *etiam laicorum cooperationem,*
 2 *erecta, si expediat, Confraternita-*
 3 *te/Doctrinae Christianae.* [H]
 4 In perficiendo opere sanctifi-
 5 cationis, curent parochi ut cele-
 6 bratio Eucharistici Sacrificii
 7 centrum sit et culmen totius vi-
 8 tiae communitatis christiana; i-
 9 temque adlaborent ut fideles
 10 spirituali pabulo pascantur per
 11 piam et devotam
 12 Sacramentorum receptionem
 13 atque per/consciam et actuosam
 14 in Liturgia participationem.
Meminerint etiam parochi quam
12 maxime sacramentum Poenitentiae ad vitam christianam fo-
13 vendam conferre; quare faciles
14 se praeveant ad fidelium confes-
15 siones audiendas, advocatis ad
16 hoc, si opus fuerit, aliis etiam
sacerdotibus, qui varias linguas
17 calleant. [I]
 In officio pastoris adimplen-

IV [n. 30, 21, 30 – 22, 1]

instructione fideles ad plenam
 31 *mysterii salutis cognitio-*
 32 *nem ducere, unicuique/aetati*
 33 *accommodatam.*
Ad hanc autem instructionem
tradendam non/solum religiosorum auxilium quaerant, sed
 34 *etiam laicorum cooperationem,*
 136 *erecta quoque Confraternita-*
 137 *te Doctrinae Christianae.*
 In perficiendo opere sanctifi-
 35 cationis, curent parochi ut cele-
 36 bratio/Eucharistici Sacrificii
 37 centrum sit et culmen totius vi-
 38 tiae communitatis/christiana; i-
 39 temque adlaborent ut fideles
 40 spirituali pabulo pascantur/per
 41 devotam et frequentem
 42 Sacramentorum receptionem
 43 atque per/consciam et actuosam
 44 in Liturgia participationem.
Meminerint etiam parochi quam
maxime sacramentum Poenitentiae ad vitam christianam fo-
vendam conferre; quare faciles
se praeveant ad fidelium confes-
siones/audiendas, advocatis ad
hoc, si opus fuerit, aliis etiam
sacerdotibus, qui/variables linguas
calleant.
 In officio pastoris adimplen-

IV 136 – Pag. 44, linn. 1-3: Ex textu expungantur verba «si expediat» et in fine addantur verba «iamdiu ab Ecclesia mandata Ecclesiaeque valde necessaria» (*111 Patres*).

R. – Emendatio partim admittitur, uti explicatur in modo subsequenti; verba autem quae proponuntur admissa non sunt, utpote non necessaria.

137 – Pag. 44, lin. 2: Expungantur verba «si expediat». Ratio est quia Confraternitas doctrinae christiana est necessaria, prout a Summis Pontificibus et a iure canonico statutum est (*2 Patres*).

R. – Admittitur emendatio, et verba «si expediat» substituuntur per vocem «quoque».

138 – Pag. 44, linn. 8-9: Non dicatur «per piam et devotam Sacramentorum receptionem» sed «per piam et frequentem Sacramentorum receptionem» (*1 Pater*).

R. – Admittitur emendatio, ita ut dicatur «per devotam et frequentem Sacramentorum receptionem»; hac ratione textus completur.

139 – Pag. 44, lin. 11: Post verba «actuosam participationem» addatur: «efficax adiumentum parochi sortiri queunt ab institutione Confraternitatis Ss. Sacra-
menti, quae vi can. 711 § 2 in quibuslibet paroecis institui debet» (*1 Pater*).

R. – Necessaria non videtur confraternitatis citatio quia satis dicuntur in verbis «per/consciam et actuosam in liturgia participationem».

I

[cf. DCA n. 15]

II [n. 28, 18, 14-20]

do, parochi

15

16

17

18

cum omnium ovium sint
ministri, vitae christianae incre-
mentum foveant tum in singulis
fidelibus,/tum in familiis, tum
in associationibus praesertim
apostolatui addictis,/tum in uni-
versa communitate paroeciali.
Domos igitur et scholas visitent;

19

20

pauperes
et infirmos speciali caritate pro-
sequantur; peculiarem
curam de opificibus habeant at-
que solliciti semper sint ut fide-
les operibus apostolatus auxi-
lium praestent.

III [J] In sexto commate animadversio unius Patris [E/2669] admissa est, qui necessitatem urget pro parocho imprimis *cognoscendi proprium gregem*, quod a pastorali munere exigitur. Item sedula *cura adolescentium et iuvenum* memoratur, propter momentum quod habet in actione pastorali [E/2561].

[K] Primo textus novus additur in fine num. 28, in quo mentio fit de vicariis, tamquam parochi cooperatoribus. Eorum sane praestans et actuosa opera exigit et fraternalm conversationem et mutuam caritatem ac reverentiam et communem voluntatem ac studium, inter parochum eiusque vicarios.

[L] In ultimo commate memorantur *vicarii cooperatores*, quos silentio praeterire fas non erat, ob eorum validam et actuosam operam in apostolatu paroeciali, sub parochi moderatione: quod quidem requirit fraternalm conversationem necnon communem voluntatem et actionem.

IV 140 – Pag. 44, lin. 22: Legatur «praesertim apostolatui et pietati addictis» (*I Pater*).
R. – Sufficiens enumeratio habetur in textu.

141 – Pag. 44, lin. 29: Addatur «praeципue per Catholicam Actionem et societas S. Vincentii de Paulo» (*I Pater*).
R. – De Actione Catholica alibi sermo fit in schemate ob eius momentum in Ecclesia. De ceteris autem associationibus citatio fieri non potest *in concreto*, et-

III [n. 30, 44, 17-37]

- 18 do, *imprimis curent parochi proprium gregem cognoscere.* [J]
 19 Cum/autem omnium ovium sint
 20 ministri, vitae christianaee incre-
 21 mentum foveant tum in singulis
 22 fidelibus, tum in familiis, tum
 23 in associationibus praesertim
 24 apostolatui addictis, tum in/un-
 25 versa communitate paroeciali.
 26 Domos igitur/et scholas visitent,
 27 prout pastorale munus id/exigat;
 28 adulescentibus et iuvenibus stu-
 29 diose/prospiciant; [J] pauperes
 30 et infirmos paterna caritate pro-
 31 sequantur; peculiarem *denique*
 32 curam de opificibus habeant at-
 33 que *adlaborent* ut/fide-
 34 les operibus apostolatus auxi-
 35 lium praestent.
 36 3) Vicarii paroeciales tamquam
 37 parochi/cooperatores, praestan-
 tem et actuosam operam/quoti-
 die impendunt in ministerio pa-
 storali sub/parochi auctoritate
 exercendo. [K]
 34 [L] Quare inter parochum eius-
 que vicarios fraterna habeatur
 conversatio, mutua caritas et re-
 verentia semper/vigeat iidemque
 consiliis, auxilio et exemplo/sese

IV [n. 30, 22, 1-14]

- do, *imprimis curent parochi pro-
 prium/gregem cognoscere.* 2
 Cum autem omnium ovium sint
 ministri, vitae christianaee incre-
 mentum foveant tum in singulis
 fidelibus, tum in familiis,/tum
 in associationibus praesertim
 apostolatui addictis, tum in uni-
 versa/communitate paroeciali. 3
 Domos igitur et scholas visitent,
 prout pastorale munus id exigat; 4
 adulescentibus et iuvenibus stu-
 diose prospiciant; /pauperes
 et infirmos paterna caritate pro-
 sequantur; peculiarem denique 5
 curam de opificibus habeant at-
 que adlaborent ut fide-
 les operibus apostolatus auxi-
 lium praestent. 6
 3) Vicarii paroeciales tamquam 7
 parochi cooperatores, praestan-
 tem/et actuosam operam quoti-
 die impendunt in ministerio pa-
 storali sub/parochi auctoritate 8
 exercendo. 9
 Quare inter parochum eius-
 que vicarios/fraterna habeatur 10
 conversatio, mutua caritas et re-
 verentia semper vigeat iidemque 11
 consiliis, auxilio et exemplo sese 12
 145 13
 147 14

si optimaee sint: sufficit generalis commendatio.

142 – Pag. 44, lin. 30: Loco «tamquam parochi cooperatores» legatur «in auxilio parochi dati» (*1 Pater*).

R. – In textu sufficienter appetet in casu agi de illis vicariis qui in iure Codicis cooperatores appellantur: ceteri vicarii paroeciales potius officio parochi assimilantur.

143 – Pag. 44, linn. 30-31: Post verba «Vicarii paroeciales tanquam parochi cooperatores» dicatur «sollicitudinem et curam animarum cum eo participes» (*1 Pater*).

R. – Eadem affirmatio, etsi diversis verbis expressa, continetur in textu schematis.

144 – Pag. 44, lin. 31: Post verbum «actuosam» addantur verba «quam possint». Ratio est: Vicarii cooperatores non necessario praestantem et actuosam operam quotidie impendunt sed ad hoc exhortandi sunt (*2 Patres*).

R. – Sufficierent provisum in textu.

145 – Pag. 44, lin. 34: Loco: «fraterna conversatio» dicatur «familiae vita». Quia verbum «familiae» melius exprimit relationes inter parochos et eius vicarios (*1 Pater*).

R. – Cura animarum, sive a parocco sive a vicariis exercenda potius *fraternam* conversationem secumfert, prout iam dicitur in textu.

III [M] Aliae Patrum [E/2766, E/2768, E/2896] animadversiones acceptatae non sunt, quia de rebus agebant, potius Codice Iuris Canonici emendandis, v. gr. de coordinatione oratoriorum publicorum pro missa dominicali, de mentione apostolatus orationis, etc.

IV 146 – Pag. 44, lin. 38: Addatur «Curent parochi ut vicarii paroeciales bene instruantur in his quae pertinent ad regimen paroeciale nam et ipsi forsitan parochi erunt» (*1 Pater*).

III [n. 30, **44**, 37-38]

IV [n. 30, **22**, 14-15]

38 *invicem adiuvent, paroeciali cu-
rae concordi voluntate commu-
nique studio providentes.*
[M]

15 *invicem adiuvent, paroeciali cu-
rae concordi voluntate commu-
nique studio providentes.*

146

R. – Quaestio haec potius pertinet ad schema «De institutione sacerdotali», quod nunc est «De ministerio et vita presbyterorum».

147 – Pag. 44, lin. 38 in paragrafo 3: Ubi agitur de vicariis paroecialibus addatur: «... servata inter utrumque quadam aequitate etiam in re oeconomica» (2 Patres).

R. – Res est particularis, quae ad normas dioecesanas ab Episcopo statuendas praeprimis spectat.

[*Parochorum nominatio, translatio, amotio et renuntiatio*]. [A]

[DCA n. 17, p. 13, ln. 12-14]

Cum muneris paroecialis tota ratio sit bonum animarum, quo facilius et aptius Episcopus ad provisionem pa-

22

[DCA n. 16, p. 13, ln. 3-6]

23

II [A] De ratione boni animarum exclusive habenda in parochorum nominatione et quod attinet ad eorum stabilitatem vel amotionem ab oficio.

III [A] P. 18, linn. 21-31: textus emendatus incipit agenda de provisione paroeciarum, circa quam criteria recensentur quibus Episcopus duci debet ad parochos constituendos.

[B] *Ad n. 29 (nunc n. 31)*: Gravis materia tractatur de nominatione, amotione et renuntiatione parochorum, circa quam 20 Patres [E/2332, E/2761, E/2809, E/2765, E/2866, E/2912, E/2900, E/2753, E/2868, E/2669, E/2552, E/3045, E/2558, E/2632, E/2842, E/2803, E/2901, E/2804, E/2810, E/2843, E/2905] suas animadversiones fecerunt. Prior textus non parum emendatus est, sive quoad formam, sive quoad substantiam, eo quod, quasi ex abrupto, de suppressione privilegiorum in constituendis parochis agebat et statim de amotione, translatione et renuntiatione parochorum quaestiones pertractabat. Quod quidem indolem nimis negativam inducebatur.

[C] Attamen difficilior quaestio illa est, quae in num. 31 (olim 29) *de parochorum nominatione, amotione et renuntiatione* agit. Attente perpensis omnibus Patrum [E/2569, E/2785, E/2332, E/2761, E/2809, E/2765, E/2866, E/2912, E/2900, E/2753, E/2752, E/2669, E/2552, E/3045, E/2558, E/2631, E/2632, E/2654, E/2842, E/2803, E/2901, E/2804, E/2810, E/2843, E/2905, E/3044] animadversionibus, Commissio censuit haec tria principia omnino servanda esse: *a*) in nominandis, transferendis aut amovendis parochis, immo et in officiis renuntiatione, bonum animarum suprema ratio semper esse debet; *b*) illa iura et privilegia supprimere oportet, quae Episcopi libertatem in parochorum nominatione coarctare possunt; *c*) aliqua stabilitate in munere obeundo revera parochi gaudere debent, ne cura animarum inde detrimentum capere possit.

His principiis innixa, Commissio nostra textum schematis sequenti modo mutavit: *a*) novus textus additur quoad criteria quibus Episcopus duci debet quoties de parocco constituendo agatur: considerandae quidem sunt praesertim condiciones quae ad animarum curam rite exercendam requiruntur; *b*) potentibus variis Patribus [E/2912, E/2558, E/2809, E/2866], etiam abroganda est lex concursus, ubi existat, sive particularis sive generalis, ita ut deinceps vi caret can. 459 § 4 Codicis Iuris Canonici; *c*) quoad parochorum

III [n. 31, 44, 39 – 45, 8]

IV [n. 31, 22, 16-21]

39	31. (olim n. 29).	*	31.	16
40	[<i>Parochorum nominatio,/translatio, amotio et renuntiatio</i>]. [A]			
- 19 In hisce demun negotiis peragendis spectare oportet non solum ad sacerdotum incolarumque numerum et locorum distantiā, verum etiam ad rituum et stirpis diversitatem, ad communitatatis dioecesanae seu provincialis spiritualem cohaerentiam,/ad peculiaria adiuncta geographicā, socialia, oeconomica, ad historicas traditiones, ad civiles quoque circumscriptiones atque ad/pacta forte inita inter Apostolicam Sedem e Status.
- 26 Itaque Sacrosancta Synodus haec, quae sequuntur, decernit et statuit.

27 27.

[Principium generale].

- 28 § 1. Dioeceses, quae ratione territorii vel incolarum numeri sint nimis magnae, omnibus adiunctis accurate perpensis, dividantur aut dismembrentur aut novo ordine disponantur; quae vero sint nimis parvae, alii dioecesi uniantur aut supprimantur, vel ex pluribus parvis nova dioecesis/constituatur.¹

I ¹ In regime Ecclesiae universalis recta et bene ordinata Dioecesum gubernatio maximum habet momentum in bonum cleri populi christiani. Dioecesis enim, cum sit pars Ecclesiae, quae a Christo Iesu proprii uniuerscuiusque Episcopi voce potestateque regitur (Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iunii 1943: AAS 35 [1943] p. 211 sq.), in qua proinde tamquam in unitate vitae et regiminis aedificatur Corpus Christi, tales condicione, imprimis quoad ambitum et numerum fidelium, habeat necesse est ut finis proprius, i. e. salus animarum et bonum Ecclesiae, quam perfecte assequi possit.

Attamen talis finis convenienter obtineri non potest in dioecesi in qua: – vel propter exiguum fidelium et sacerdotum numerum, institutiones et opera quae pro fructuosa vita et activitate necessaria sunt (ut v. g. Seminarium proprium, Officia Curiae Dioecesanae, moderatio consociationum actionis catholicae et apostolatus laicorum etc.) necnon opes sufficientes sacerdotum et rerum oeconomicarum haberi nequeunt; – vel propter nimium territorii ambitum aut nimium fidelium et sacerdotum numerum, personalis subditorum cognitio ex parte Episcopi eiusdemque praesentia et actio in variis partibus et campis regiminis dioecesis impossibilis redditur ita ut unitas et efficacia totius apostolatus detrimentum patiatur.

Quapropter opportunum et necessarium apparet ut ad congruentem dioecesum circumscriptionem deveniatur: quod multorum Episcoporum magnopere est in votis. Necessitas autem novae circumscriptionis dioecesum non ubique eodem modo persentitur, sed praesertim in nonnullis exoptatur regionibus antiquae professionis catholicae, quae

III

IV

I [n. 27-28, 21, 1-10]

II

21 § 2. Provinciarum ecclesiasticarum circumscriptiones, ubi
 2 utilitas id suadeat, opportune recognoscantur; provinciae vero
 3 in/regiones ecclesiaticas compo-
 nantur.²

4 § 3. Dioeceses immediatae Apostolicae Sedi subiectae, quae
 5 neque supprimantur neque alii
 6 uniantur ad normam § 1, illi/Provin-
 7 ciae Ecclesiasticae sunt aggregandae, quae vicinior seu op-
 8 portunior sit, et iuri metropolitico Archiepiscopi sunt subiicien-
 dae ad normam iuris communis.

9 28.

[*Unio dioecesium*].

10 § 1. Si duae aut plures dioecesis
 uniantur unione extinctiva et

iuri communi sunt subiectae. In primis unicum criterium quoad circumscriptionem nec habetur nec haberi potest; siquidem accurate perpendendae sunt omnes circumstantiae sive temporum sive locorum sive personarum. Sunt enim regiones in quibus Ecclesia iam antiquitus fundata est, quae gaudent civilizatione moderna, cum viis et mediis communicationum quam multis; sunt regiones etiam in quibus fides propaganda est et Ecclesia fundanda, ubi catholici in praesens perpauci sunt; sunt regiones in quibus plures exstant ritus, praesertim in Oriente, ubi plerumque iurisdictio personalis est; sunt denique magna urbes, praesertim quae caput sunt Nationum, quarum territorium dividere vel dismembrare ut novae constituantur dioeceses inopportunitum, immo noxiū esse posset.

Salus autem animarum ultro postulare videtur ut huiusmodi immutations fiant caute et prudenter ne inde suscitetur in clero et populo perturbatio vel seditio contra ecclesiasticas auctoritates. Difficultates enim innumerae, tum geographicae, tum demographicae, tum sociales, civiles et politicae, tum praesertim historicae oriri poterunt in quibusdam nationibus catholicis, ubi multae inventiuntur dioeceses ob historicas vel politicas causas olim erectae, nunc autem supprimendae vel alii dioecesi uniendae. Hisce de causis necessarium esse videtur ut generales normae ab ipsa Oecumenica Synodo statuantur, quo securior apparetur via ad optatam meliorem dioecesium circumscriptionem peragendam. Etenim si Concilium Oecumenicum peculiare decretum ediderit, plenior profecto erit Praesulum, quorum interest, collaboratio cum Apostolica Sede et promptior cleri populi que christiani adhaesio et oboedientia.

Principia igitur quae in hoc capite traduntur sunt omnino generalia eorumque praecipua Sacrae ipsae Romanae Congregationes plerumque considerare solent, quando huiusmodi negotia pertractant. Sunt etiam nova, quia hic primum proponuntur in iure: in disciplina enim vigenti non habetur nisi indicatio auctoritatis competentis pro hisce negotiis peragendis (cf. CIC can. 215 § 1 et CICO, *de Clericis*, cann. 248 § 1 n. 1 et 328).

I ² Nomine «regionis ecclesiasticae» hic venit unio plurium provinciarum ecclesiasticarum, eum in finem ut efficacius necessitatibus apostolatus prospiciatur. Haec territorialis circumscrip^to explicite non commemoratur neque in CIC can. 215 § 1 neque in CICO, *de Clericis*, can. 159, sed insinuat^r sive in CIC can. 281 ratione celebrationis Conciliorum plenariorum (unde alicubi «regiones conciliares» vocantur), sive in CICO, *de Clericis*, can. 340 § 4, ratione celebrationis Synodi inter Episcopos et Hierarchs plurium provinciarum Patriarchae vel Archiepiscopo non subiectarum. Nullum tamen dubium quod canonica erectio et circumscrip^to «regionum ecclesiasticarum» uni supremae ecclesiasticae potestati, de qua in CIC can. 215 § 1 et CICO, l. c., can. 159, competat.

III

IV

I [n. 28-31, 21, 10-28]

II

11 ex eis constituatur unica nova
 dioecesis, una tantum sit Curia
 episcopal, una cathedralis ec-
 clesia unumque cathedrale capi-
 tulum.

12 § 2. Si unio sit aequa principa-
 lis, item una sit Curia et/sedes
 episcopal, nisi Apostolica Se-
 des vel, pro Orientalibus,/compe-
 tens auctoritas aliter decreverit.

16 29.

[*Fines dioecesium*].

17 Si, omnibus circumstantiis dili-
 genter consideratis, opportu-
 num videatur fines dioecesium
 mutare,/talis mutatio ita fiat ut
 uniuscuiusque dioecesis territo-
 rium continuum pateat, nec
 amplius intra territorium unius
 dioecesis/exsistant loca vel pa-
 roeciae, quae ad aliam perti-
 neant dioecesim.

21 30.

[*Sedis episcopalis locus*].

22 Sedes episcopales seu residentia
 habitualis Episcopi eiusque Cu-
 ria, quantum fieri potest/in loco
 aptiore et commodiore sit, quo
 facilior clero et fidelibus/pateat
 accessus.

25 31.

[*Dioeceses personales ratione ri-
 tus*].

26 Curandum est ut/dioeceses per-
 sonales pro diversitate rituum
 erigantur ubi plures/sint fideles
 diversi ritus, quipus sufficienter
 consulere possibile/non sit per
 sacerdotem aut paroeciam eius-
 dem ritus.

III

IV

I [n. 32, 21, 29-35]

29 32.

30 30 [Commissio de dioecesium ac
provinciarum ecclesiasticarum
mutationibus].

31 In unaquaque Natione, probante Apostolica Sede, peculiaris ac permanens commissio Episcoporum constitui potest, quae, auditis Episcopis quorum interest, videat/si et quaenam immutationes circa dioeceses ac provincias ecclesiasticas sint inducendae, easque Apostolica Sedis iudicio subiiciat, salvis iuribus Ecclesiae Orientalis.

II [n. 37, 24, 6-13]

37.

6

[Principium de recognoscendis
circumscriptionibus].7
8
9
10
11
12
13
Animarum bonum non dioecesium tantum sed provinciarum quoque ecclesiasticarum aptam expostulat circumscriptionem, immo et regionum ecclesiasticarum suadet erectionem, ita ut apostolatus necessitatibus iuxta socialia et localia adiuncta melius provideatur, atque faciliores fructuosioresque reddantur Episcoporum relationes sive inter se sive cum Metropolitis et cum ceteris eiusdem nationis Episcopis, necnon et Episcoporum cum civilibus Auctoritatibus. [B]

II [B] Praeprimis in n. 37 explicatur quaenam sit earum opportunitas et utilitas ad pastorale munus melius excludendum. [cf. E/344].

III [B] *Ad n. 37 (nunc n. 39): P. 24, linn. 6-13: quidam Pater [E/2901] animadvertisit non amplius provincias ecclesiasticas esse necessarias, quia sufficiunt Conferentiae Episcopales. Sed plures Patres in Aula [E/2787, E/2913, E/2765] magnificaverunt momentum Conciliorum sive provinciarum sive plenariorum. Praeterea in pluribus nationibus vigent et fructum af-*

	III [n. 39, 87, 25-36]	IV [n. 39, 27, 31-37]	
25	39. (olim n. 37). [B]	39.	31
26	[<i>Principium de recognoscendis circumscriptionibus</i>].		
27	Animarum bonum non dioecesi- 28 sum tantum sed provinciarum quoque ecclesiasticarum aptam 29 expostulat/circumscriptionem, 30 immo et regionum ecclesiastica- rum suadet erectionem, ita ut 31 apostolatus/necessitatibus iuxta 32 socialia et localia adiuncta/mel- ius provideatur, atque faciliores 33 fructuosioresque reddantur Epi- 34 scoporum relationes/sive inter se sive cum Metropolitis et cum 35 ceteris eiusdem nationis Episco- 36 pis, necnon et/Escoporum cum civilibus Auctoritatibus.	Animarum bonum non dioecesi- sum tantum sed provinciarum quoque ecclesiasticarum aptam expostulat circumscriptionem, immo et/regionum ecclesiastica- rum suadet erectionem, ita ut apostolatus necessitatibus iuxta socialia et localia adiuncta me- lius provideatur, atque faciliores fructuosioresque reddantur Epi- scoporum relationes sive inter se sive cum Metropolitis et cum ceteris eiusdem nationis Episco- pis,/necnon et Episcoporum cum civilibus Auctoritatibus.	32 33 34 35 36 37

ferunt quinquennales vel annuales conventus Metropolitae cum suis suffraganeis.

IV 29 – Pag. 87, linn. 29-30: Deleantur verba: «Immo et regionum ecclesiasticarum suadet erectionem». *Rationes*: Erectio regionum minuit momentum Provinciarum ecclesiasticarum; sufficit istarum limites recognoscere (*2 Patres*). R. – Per se est contra textum a Patribus approbatum maioritate requisita suffragiorum, ceterum verbum «suadet» obligationem non urget.

I

[cf. n. 25]

II [n. 38, 24, 14-21]

38.

14

[*Normae servandae*].

Itaque, ad memoratos fines consequendos,/Sacrosancta Synodus haec statuenda decernit:

1) Provinciarum ecclesiastiarum circumscriptiones opportune/recognoscantur. [A]

15

2) Pro regula habeatur ut omnes dioeceses, aliaeque territoriales circumscriptiones quae iure dioecesibus aequiparantur, alicui provinciae ecclesiasticae adscribantur. [B]

16

Proinde dioeceses quae nunc Apostolicae Sedi immediate sunt subiectae quaeque nulli alii

17

18

19

20

21

II [A] Deinde vero in n. 38, 1º et 3º generali modo decernitur ut praefatae provisiones adhibeantur quo faciliores ac fructuosiores relationes inter Episcopos foveantur, itemque relationes Episcoporum cum civilibus Auctoritatibus aptius componantur.

[B] Ac demum in eodem n. 38, 2º statuitur ut «pro regula habeatur» principium de uniendis in nova provincia ecclesiastica vel de aggregandis provinciae ecclesiasticae iam exstanti, si fieri possit, dioecesibus, quae Apostolicae Sedi hucusque immediate subduntur.

III [A] *Ad n. 38 (nunc n. 40):* P. 24, linn. 21-25: votum expressit unus Pater [E/2552]: 1) ut aboleretur institutum dioecesium immediate S. Sedi subiectarum ita ut omnes Episcopi pari iure Conferentiae Ep. interessent; 2) ut iura et officia Metropolitae instaurarentur eum in finem ut omnes Metropolitae uniuscuius nationis efformarent Consilium directivum Conferentiae Ep. Quoad 1: provisum est n. 40, 2 (olim n. 38, 2) huius schematis. Quoad 2: hoc consilium idem fere esset ac Comitus seu Consilium penmanens Episcoporum in pluribus existentibus Conferentiis constitutum, de quo mentio fit n. 38, 3 (olim n. 36) tanquam organo ad libitum Conferentiae constituendo. Commissio vero confirmavit, iuxta postulata aliorum Patrum in Aula conciliari edita, non esse obligatione statuendum.

[B] *Ibid.:* Duobus Patribus [E/2765, E/2787] non placuit ut abolerentur dioeceses Apostolicae Sedi immediate subiectae. Quia: a) ista subiectio immediata est signum honoris, sicut titulus Assistentis Solio Pontificio; b) non officit disciplinae nec in regionibus conciliaribus, nec in Conferentiis Episcopalibus. Sed Commissio tenet pro suppressione, quia ratio historica aut honorifica non debet praevalere super bonum regimen dioecesium. Ceterum dicitur «*pro regula*»; unde ex se non excluduntur exceptiones, quarum iudex est Apostolica Sedes.

IV 30 – Pag. 88, linn. 5-7: Omittantur verba «et iura ac privilegia Metropolitarum novis normis definiantur». *Ratio:* Ne interponantur obstacula inter Episcopos suffraganeos et Sanctam Sedem (3 Patres).

	III [n. 40, 88, 1-13]	IV [n. 40, 27, 38 – 28, 7]	
88	40. (olim n. 38). [A]	40.	38
	[<i>Normae servandae</i>].		
2	Itaque, ad memoratos fines con-	Itaque, ad memoratos fines con-	39
3	sequendos, Sacrosancta Syno-	sequendos, Sacrosancta Syno-	
4	dus haec statuenda decernit:	dus/haec statuenda decernit:	
5	1) Provinciarum ecclesiasti-	1) Provinciarum ecclesiasti-	28
6	carum circumscriptiones oppor-	carum circumscriptiones oppor-	
7	tune recognoscantur et <i>iura ac</i>	tune recognoscantur et <i>iura ac</i>	
8	<i>privilegia Metropolitarum novis</i>	<i>privilegia Metropolitarum novis</i>	
9	<i>aptisque normis definiantur.</i>	<i>aptisque normis/definiantur.</i>	
10	[A] 2) Pro regula habeatur ut om-	2) Pro regula habeatur ut om-	
11	nes dioeceses, aliaeque territo-	nes dioeceses aliaeque territo-	
12	riales circumscriptiones/quae	riales/circumscriptiones quae	
13	iure dioecesis aequiparantur,	iure dioecesis aequiparantur	
	alicui provinciae ecclesiasticae	alicui provinciae ecclesiasticae	
	adscribantur.	adscribantur.	
12	Proinde/dioeceses quae nunc	33-35 Proinde dioeceses quae nunc	
13	Apostolicae Sedi immediate [B]	Apostolicae Sedi immediate	
	sunt subiectae quaeque nulli alii	36 sint subiectae quaeque nulli alii	

R. – Est contra rei substantiam a Patribus probatam; ceterum hic nec dantur normae nec dicitur quo sensu definienda iura ac privilegia.

31 – Pag. 88, linn. 5-6: Praeter iura et privilegia, definitur etiam «munera et onera Metropolitarum»; illa enim non dantur nisi intuitu istorum.

R. – Non est necesse, quia res sunt coniunctae.

32 – Pag. 88, lin. 7: Post «definiantur» addatur: «*quoniam tamen augentur*». *Rationes*: Quod attinet ad vigilantium dioecesum sufficiunt Nuntii et Delegati Apostolici; quoad ampliores accipiendas decisiones, aptius sumi possunt a Conferentia Episcopali; plura iura et munera non prosunt principio subsidiarietatis (7 Patres).

R. – Est contra rei substantiam a Patribus probatam, quatenus delimitat quod probatum est sensu universalis. Cf. etiam responsum ad n. 30.

33 – Pag. 88, linn. 11-19: Aboleantur omnia a verbo: «*Proinde dioeceses...*». *Ratio*: Immediata subiectio Apostolicae Sedi est signum distinctionis et honoris dioecesi tributum ob acquisitas benemerencias (5 Patres).

R. – Non admittitur quia maioritate requisita suffragiorum a Patribus textus approbatus est.

34 – Pag. 88, lin. 12: Post: «*proinde dioeceses*» inseratur: «*nisi specialia aut peculiaria adiuncta vel condiciones locorum aut temporum, iudicio Sanctae Sedis, aliter exigant*». *Ratio*: Aliquando haec immediata subiectio potest esse logica solutio ad bonum animarum satius provehendum (4 Patres).

R. – Provisum in textu per verba: «*Pro regula habeatur*» et: «*si id fieri possit*».

35 – Pag. 88, linn. 11-12: Loco «*proinde dioeceses*» dicatur: «*Exoptat proinde Sacra Synodus ut dioeceses*». *Ratio*: Immediata subiectio habenda tanquam quaedam reservatio a Sancta Sede peracta; quapropter non imperanda sed postulanda (1 Pater).

R. – Ut supra.

36 – Pag. 88, linn. 13-19: a) Loco «*sunt subiectae*» dicatur: «*quae nunc ad Apostolicam Sedem immediate sunt ordinatae*». – b) Loco «*sunt subiciendae*» dicatur: «*ad ius metropoliticum Archiepiscopi sunt ordinandae*». *Ratio*: Verba subiectonis sonant iuridismum et hodiernis temporibus minus apta (1 Pater).

R. – Non convenit mutatio.

uniantur, aut/in novam provinciam ecclesiasticam, si id fieri possit, sunt simul componendae aut illi provinciae aggregandae, quae vicinior seu opportunior sit, et iuri metropolitico Archiepiscopi sunt subiciendae ad normam/iuris communis. [C] 22
23

3) Ubi utilitas id suadet, provinciae ecclesiasticae in regiones/ecclesiasticas componantur, quarum ordinatio iure est statuenda. [A] 24
25
26
27

II [C] In n. 27 § 3 schematis Decreti «De Episcopis ac de dioecesium regimine» norma modo generali et absoluto proponebatur de abrogando instituto iuridico immediatae subiectionis dioecesium Apostolicae Sedi; nunc autem hac de re mitior norma proponitur, quia nonnulli Patres [E/1497, E/2165, E/1631, E/1596] animadverterunt nonnumquam contingere posse ut ad bonum anima-

III [n. 40, 88, 13-22]

14 uniantur, aut in novam provin-
 15 ciam ecclesiasticam,/si id fieri
 possit, sunt simul componendae
 16 aut/illi provinciae aggregandae,
 17 quae vicinior seu/opportunior
 sit, et iuri metropolitico Archie-
 18 piscopi sunt subiciendae ad nor-
 19 mam iuris **communis**.

20 3) Ubi utilitas id suadet, pro-
 21 vinciae ecclesiasticae in regio-
 nes ecclesiasticas componantur,
 22 quarum ordinatio iure est sta-
 tuenda.

rum melius promovendum eiusmodi immediata dioecesium subiectio Aposto-
 licae Sedi sit conservanda.

IV 37 – Pag. 88, lin. 19: Addatur: «Salvo iure dioecesium regionis Latii» (*2 Patres*).
 R. – Est contra textum a Patribus approbatum maioritate requisita suffragiorum.

IV [n. 40, 28, 7-13]

uniantur, aut in novam provin-
 ciam ecclesiasticam, si id fieri
 possit, sunt simul componendae
 aut illi provinciae aggregandae,
 quae vicinior seu opportunior
 sit, et/iuri metropolitico Archie-
 piscopi sunt subiciendae ad nor-
 mam iuris **communis**.

37 3) Ubi utilitas id suadet, pro-
 vinciae ecclesiasticae in regio-
 nes/ecclesiasticas componantur,
 quarum ordinatio iure est sta-
 tuenda.

8
 9
 10
 11
 12
 13

I [n. 33, 24, 1-6]

[cf. n. 32]

II [n. 39, 24, 28-31]

39. [A]

28

[*Conferentiarum Episcopalium votum exquirendum*].

De/huiusmodi provinciarum circumscriptione aut regionum erectione **studium** committitur competentibus Episcoporum Conferentiis iuxta **normas** iam de dioecesium circumscriptione in art. 21 et 22 statutas.

29

30

31

Caput V

DE PAROECIARUM ERECTIONE DEQUE EARUMDEM CONGRUENTI CIRCUMSCRIPTIONE¹

24 33.

[*Prooemium*].

Cum sit paroecia diocesis pars ac vivens veluti membrum,² dioecesis veluti cardo, circa quem omnis/pastoralis navitas, in eius finibus praestanda, vertitur, instimulatur atque ordinatur,³ efficacior et fructuosior esse poterit dioecesana gubernatio si iure communi ampliores habuerint Episcopi facultates quoad paroeciarum erectionem

I ¹ Fere omnia quae in hoc capite proponuntur sunt nova.

I ² PRIMA SYNODUS ROMANA, 1960, art. 101 d).

I ³ PRIMA SYNODUS ROMANA, 1960, art. 100.

II [A] In n. 39 studium de provinciarum circumscriptione apte determinanda et de regionibus opportune erigendis Episcoporum competentibus Conferentiis committitur, ad normam superius praefinitam in nn. 21 et 22 quoad congruentem dioecesium circumscriptionem faciendam.

III [A] Ad n. 39 (*nunc* n. 41): Parvae quaedam mutationes in textu schematis inducuae sunt, ut hic congrue accommodaretur ad mutatum textum n. 24 (olim n. 22).

IV 38 – Pag. 88: Omittatur totus articulus. *Rationes*: Amplior potestas Confe-

	III [n. 41, 88, 23-30]	IV [n. 41, 28, 14-17]	
23	41. (olim n. 39). [A]	38	41.
24	[Conferentiarum Episcopalia votum exquirendum].		
25	<i>Expedit ut competentes Episco- porum Conferentiae quaestioni /de huiusmodi pro- vinciarum circumscriptione/aut regionum erectione studeant,</i>	Expedit ut competentes Episco- porum Conferentiae quaestio- nem/de huiusmodi provinciarum circumscriptione aut regionum erectione/examini subiciant,	15
26			16
27			
28	iuxta normas/iam de dioecesium circumscriptione in nn. 21/et 22 statutas, et consi- lia ac vota sua Apostolicae Sedi proponant.	iuxta normas iam de dioecesium circumscriptione in/nn. 23 et 24 statutas, et consi- lia ac vota sua Apostolicae Sedi proponant.	17
29			
30			

rentiae Episcoporum, praesertim in regionibus missionum, ansam praebet abusibus regionalismi, linguismi, tribalismi etc. Rem de Provinciarum circumscriptione ac de Regionum erectione utilius decernit Sancta Sedes, cooperantibus Pontificis administris et Episcopis, quorum interest (3 Patres). R. – Non admittitur quia maioritate requisita suffragiorum a Patribus textus approbatus est. Attamen immutata sunt verba «quaestioni... studeant» hoc modo «quaestionem... examini subiciant» ut textus congruens sit cum alio textu n. 24 schematis.

I [n. 33-35, 24, 6-28]

II

- 7 et earumdem/congruentem circumscriptiōnēm.
- 8 Nostris enim temporibus videre
est quam saepe parvi pagi, pro-
gressu oeconomico et sociali in-
valescente, in magnas excreve-
10 rent urbes, quam saepe/circum
veteres urbes per ampla coalue-
11 rent suburbia, quibus profecto
minime sufficere possunt paroe-
12 ciae antea constitutae; quot/e
contra paroeciae rurales aut
montanae imminutae vel fere
13 desertae, ob fidelium migratio-
nes, evaserint, in quibus proinde/
14 nisi apte inter se uniantur,
pastoralis navitas sufficienti ca-
15 rere/objeto videatur.
- 16 Quibus ut rite prospiciatur,
placet Sacrosanctae Synodo de-
17 cretum quod sequitur edicere.

18 34.

[Principium generale].

- 19 § 1. Ut cura animarum rite ac
fructuose exercere possit et pa-
rochus suas oves cognoscere valeat,/omnino enitendum est ut
20 paroeciae, nimium fidelium nu-
merum/aut territorium nimis
extensum habentes, apte pro di-
21 versis adiunctis dividantur aut
dismembrentur.
- 22 § 2. Paroeciae nimis parvae
possunt, bono communi dioe-
23 cesis id suadente, in unam redi-
gi.

25 35.

[Qua auctoritate id fiat].

- 26 Episcopus valet auctoritate/pro-
pria, auditis capitulo cthedrali
27 et iis, quorum intersit, si/qui
sint, praesertim rectoribus ec-
clesiarum, quaslibet paroecias
28 sive ex novo erigere, sive iam
erectas dividere aut dismembra-

III

IV

I [n. 35-37, **24**, 28 – **25**, 14]

II

- 29 re,/inter se unire, earumque fi-
nes mutare, quoties id pro ani-
30 marum/bono necessarium vel
utile ipsi videatur.⁴

25 36.

[*Paroeciae personales*].

- 2 Paroecias personales pro fidelibus diversi sermonis aut ritus
 3 aut stirpis, iis in locis ubi/iidem plures stabiliter commorantur,
 4 Episcopus auctoritate propria, auditis Capitulo cathedrali et parochis consultoribus, erigere
 5 valet; immo erigere studeat quoties per vicarium cooperatorem
 6 vel missionarium apte et efficaciter eorum cura pastoralis exerceri/nequeat.⁵
 7

8 37.

[*Ecclesiae religiosorum pro pa-*
roecialibus fungentes].

- 9 Si/forte paroeciae propriam non
 10 habeant ecclesiam, neque aptus ac decens locus pro ecclesia pa-
 11 roeciali interim adhiberi queat,
 12 Ordinarius loci, peculiari con-
 13 ventione ad tempus cum Supe-
 14 riore/maiore legitime initia, statuere potest ut parochi ecclesiis religiosorum virorum, etiam exemptorum, utantur veluti si sint ecclesiae paroeciales.

I ⁴ Derogatur CIC cann. 1422, 1423 § 3, 1427 §§ 1-2 quatenus valde extenditur causa canonica sufficiens pro paroeciarum mutationibus peragendis, neque amplius mutationes ex se perpetuae inducuntur, neque Apostolicae Sedi amplius reservantur. Denique, saltem quoad paroecias, abrogatur CIC can. 1428 § 2 de irritatione mutationum paroecialium ob defectum causae canonicae.

I ⁵ Derogatur CIC can. 216 § 4 et CICO, *de Clericis*, can. 160 § 4, quatenus ad id negotium non amplius requiritur interventus Apostolicae Sedis.

III

IV

I

II [n. 40, 25, 1-11]

III – *Episcopi munere interdioecesano fungentes* [A]

40.

25

[*Peculiarium officiorum constitutio et cooperatio cum Episcopis*].

2

Cum necessitates pastorales magis magisque requirant ut quaedam/pastoralia munia concorditer seu communiter regantur et promoveantur,/expedit omnino ut in servitium omnium vel plurium dioecesium alicuius determinatae regionis aut nationis nonnulla constituantur officia, quae/etiam Episcopis committi possunt. [B]

3

Commendat autem Sancta Synodus ut inter Praelatos seu Episcopos,/his muneribus per fungentes, et Episcopos dioecesanos atque Conferentias/Episcopales fraternalia semper vigeat communio et animorum in sollicitudine pastorali conspiratio, cuius rationes etiam iure communi definiantur/oportet. [C]

4

5

6

7

8

9

10

11

II [A] In art. III: «*Episcopi munere interdioecesano fungentes*». In articulo tertio mentio fit, ad quamplurium Patrum [E/1530, E/1584, E/1622] mentem, de multis illis Episcopis titularibus qui munere aliquo funguntur in commune plurium dioecesium bonum, et in specie agitur de Vicariatibus Castrensis.

[B] Commissionis Patribus opportunum visum est in n. 40 quodammodo commemorare illorum Episcoporum munus, qui quamvis nec Auxiliares nec Coadiutores Episcoporum sint, pro pluribus tamen Ecclesiis ministerium peculiare magni momenti exercent.

[C] Id vero fecerunt ob duplcem finem; nempe, primo, ut eorumdem cum Episcopis dioecesanis collaborationem mutuamque animorum in sollicitudine pastorali conspirationem commendarent et, secundo, ut necessitatem exprimerent eorumdem Episcoporum munus rationesque cum Episcopis dioecesanis iure communi definiendi.

III [A] Ad tertium articulum quod attinet id est: *Episcopi munere interdioecesano fungentes*; de quibus nn. 42-43, sufficiat adnotare.

[B] Ad n. 40 (nunc n. 42): P. 25: aliquis Pater [E/2631] asseruit non esse multiplicanda officia et obligationes, quia timens ne officia, quae in servitium plurium dioecesium alicuius nationis constituenda Schema suggesterit, impedimenti fiant. De hac re Conferentiae Ep. valebunt iudicare. Multis in locus ea officia utilia evasura esse neminem latet. Cum, ut legitur in hoc numero, «necessitates pastorales magis magisque requirant ut quaedam pastoralia munia

	III [n. 42, 88, 31 – 89, 9]		IV [n. 42, 28, 18-27]	
	III – <i>Episcopi munere interdioecesano fungentes</i> [A]		III – <i>Episcopi munere interdioecesano fungentes</i>	
31	42. (olim n. 40).	39	42.	18
32	[<i>Peculiarium officiorum/constitutio et cooperatio cum Episcopis</i>].			
33	Cum/necessitates pastorales	40	Cum necessitates pastorales	19
34	magis magisque requirant ut	41	magis magisque requirant ut	20
35	quaedam pastoralia munia con-	corditer/seu communiter regan-	regantur	21
36	corditer	tur et promoveantur, expedit	ut/in servitium omnium	22
37	ut in servitium omnium	vel plurium dioecesium alicuius	determinatae regionis aut natio-	23
89	vel plurium dioecesium alicuius	determinatae regionis aut natio-	nonis nonnulla constituuntur offi-	24
2	determinatae regionis aut natio-	nonis nonnulla constituuntur offi-	cacia, quae etiam/Episcopis com-	25
	nonis nonnulla constituuntur offi-	cacia, quae etiam Episcopis/com-	mitti possunt. [B]	26
3	Commendat autem Sancta	41	Commendat autem Sancta	27
4	Synodus ut inter/Praelatos seu	Episcopos, his muneribus per-	Episcopos, his muneribus per-	
5	Episcopos, his muneribus per-	fungentes, et Episcopos dioecesi-	fungentes, et Episcopos dioecesi-	
6	sanatos atque Conferentias Epi-	sanos atque Conferentias Epi-	sanos atque Conferentias Epi-	
7	scopales fraterna semper vigeat	scopales fraterna semper vigeat	scopales fraterna semper vigeat	
8	communio et animorum in sol-	communio et animorum/in sol-	communio et animorum/in sol-	
9	llicitudine pastorali/conspiratio,	llicitudine pastorali conspiratio,	llicitudine pastorali conspiratio,	
	cuius rationes etiam iure com-	cuius rationes etiam iure com-	cuius rationes etiam iure com-	
	muni definiantur oportet. [C]	muni definiantur oportet.	muni definiantur oportet.	

concorditer regantur et promoveantur...».

[C] Nomine Praelati munere interdioecesano fungentis veniunt: ii Praesules qui vel ab Apostolica Sede vel a Conferentia Episcopali cuidam peculiari muneri aut peculiari hominum coetui praeficiuntur in ambitu interdioecesano siue regionali sive nationali: uti e. g. habendi sunt Vicarii Castrenses, Rectores Universitatum, Assistentes nationales Coetus Actionis Catholicae et ceterorum catholicorum Sodaliciorum, Inspectores aut Deputati aut Directores, uti dicuntur, ad particularia opera moderanda, etc.

IV 39 – Pag. 88: Deleatur totus numerus (*1 Pater*).

R. – Non admittitur quia maioritate requisita suffragiorum a Patribus textus approbatus est.

40 – Pag. 88, linn. 32-37, pag. 89, linn. 1-2: Deleatur prima periodus a: «Cum necessitates...» usque ad «committi possunt». *Ratio*: Haec munia interdioecesana actionem pastoralem Episcoporum coarctant, quia Episcopi his fungentes, suum videndi modum imponere praesumunt, qui saepe regimini dioecesano contradicit (*1 Pater*).

R. – Non admittitur quia maioritate requisita suffragiorum a Patribus textus approbatus est.

41 – Pag. 88, lin. 35: Deleatur adverbium «communiter». *Ratio*: Pastorale munus exercetur ab unoquoque (*2 Patres*).

R. – Admittitur modus.

[*Vicariatus castrenses*].

Cum spirituali militum curae,
ob peculiares eorumdem vitae
condiciones, eximia debeatur
sollicitudo, in/unaquaque natio-
ne erigatur, pro posse, Vicaria-
tus Castrensis,
cuius Ordinarius necnon cap-
pellani in concordi cum Epi-
scopis dioecesanis cooperatione
huic difficiili operi impense se
devoveant.²⁷ [A]
Quare Episcopi dioecesani or-
dinario Castrensi concedant nu-
mero sufficienti sacerdotes huic
gravi muneri aptos simulque fa-

II ²⁷ Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Instructio de Vicariis Castrenibus*: 23 apr. 1951: A.A.S., 43, (1951), pp. 562-565; *Formula servanda in relatione de statu Vicariatus Castrensis confiden- da* 20 oct. 1956: A.A.S., 49 (1957), pp. 150-163; Decretum: *De Sacrorum Liminum Visita- tione a Vicariis Castrenibus peragenda*: 28 febr. 1959: A.A.S., 51 (1959), pp. 272-74; Decre- tum: *Facultas audiendi confessiones militum Cappellanis extenditur*: 27 nov. 1960: A.A.S., 53 (1961), pp. 49-50. S. C. DE RELIGIOSIS: *Instructio de Cappellanis militum religiosis*: 2 fe- br. 1955: A.A.S., 47 (1955), pp. 93-97.

II [A] Peculiari modo in n. 41 de Vicariatibus Castrenibus fit sermo, quorum
erectio in unaquaque natione commendatur quo aptius consulatur spirituali
militum curae, pro qua sacerdotes vere idonei providendi sunt.

III [A] Peculiare momentum tribuitur Vicariis Castrenibus; viginti duo enim
Vicariatus Castrenses in Orbe extantes non tantum ignorari a nostro Concilio
nequeunt, sed in eos animum intendere necesse prorsus est. Id quidam etiam
postulavere Patres [E/2552]. Vicarius Castrensis non tantum nostri apostolatus
efficax socius aestimandus, sed et ipse Pastor ordinaria episcopali potestate
praeditus, nostrae insomnis curae particeps, cui omnia adiumenta praestanda
quae eius gravi muneri fructuose exercendo conferre possunt. Alias bonorum
origines ostendit schema n. 38, 5°, Conferentiam scilicet plurium nationum
eiudem continentis, atque arctas inter Conferentias relationes. Mediis enim et
consiliis – quibus aliae abundant – invicem communicatis, ceterae feliciter di-
tabuntur. Institutio C.E.L.A.M. satis docet.

[B] Ad n. 41 (nunc n. 43): P. 25: animadvertisit quidam Pater [E/2552]: Cap-
pellani militum aliquie ad curam peculiares fidelium coetus addicti, quoad
ecclesiasticam disciplinam et quoad alia quae specificum ministerium non

	III [n. 43, 89, 10-20]	IV [n. 43, 28, 28-34]	
10	43. (olim 41).	43.	28
	[<i>Vicariatus castrenses</i>]. [A]		
11	Cum spirituali militum curae, ob peculiares/eorumdem vitae condiciones, eximia debeatur sollicitudo, in unaquaque natio- ne erigatur, pro/posse, Vicaria- tus Castrensis,	42 Cum spirituali militum curae, ob peculiares eorumdem vitae condiciones, eximia debeatur sollicitudo, in unaquaque natio- ne erigatur,/pro <i>viribus</i> , Vicaria- tus Castrensis.	29
12	cuius Ordinarius/necnon cap- pellani in concordi cum Epi- scopis/dioecesanis cooperatione huic difficulti operi impense se devoveant. ³ [B]	<i>Tum Vicarius tum</i> cap- pellani in concordi cum Epi- scopis dioecesanis cooperatione huic difficulti operi impense se devoveant. ¹	31
13			32
14			30
15			
16			
17			
18	Quare Episcopi dioecesani or- dinario Castrensi concedant nu- mero sufficienti sacerdotes huic gravi muneri aptos simulque fa-	Quare Episcopi dioecesani Vi- cario Castrensi concedant nu- mero sufficienti sacerdotes huic gravi muneri aptos simulque fa-	33
19			
20			34

III ³ Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Instructio de Vicariis Castrenibus*: 23 apr. 1951: A.A.S., 43 (1951), pp. 562-565; *Formula servanda in relatione de statu Vicariatus Castrensis conficienda*, 20 oct. 1956: A.A.S., 49 (1957); pp. 150-163; Decretum: *De Sacrorum Liminum Visitatione a Vicariis Castrenibus peragenda*: 28 febr. 1959: A.A.S., 51 (1959), pp. 272-74; Decretum: *Facultas audiendi confessiones militum Cappellanis extenditur*: 27 nov. 1960: A.A.S., 53 (1961), pp. 49-50. S. C. DE RELIGIOSIS: *Instructio de Cappellanis militum religiosis*: 2 febr. 1955: A.A.S., 47 (1955), pp. 93-97.

IV ¹ Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Instructio de Vicariis Castrenibus*: 23 apr. 1951: AAS 43 (1951) pp. 562-565; *Formula servanda in relatione de statu Vicariatus Castrensis conficienda*, 20 oct. 1956: AAS 49 (1957) pp. 150-163; Decr.: *De Sacrorum Liminum Visitatione a Vicariis Castrenibus peragenda*: 28 febr. 1959: AAS 51 (1959) pp. 272-74; Decr.: *Facultas audiendi confessiones militum Cappellanis extenditur*: 27 nov. 1960: AAS 53 (1961) pp. 49-50. Cf. etiam S. C. DE RELIGIOSIS: *Instructio de Cappellanis militum religiosis*: 2 febr. 1955: AAS 47 (1955) pp. 93-97.

respiciunt, subdantur Ordinario loci ubi inveniantur. Commissio censet non esse certe hic locum de iis statuendis, quia hic agitur de Episcopis in commune cooperantibus. Tamen ad militum Cappellanos quod attinet, recte providit Instructio «de Vicariis Castrenibus» diei 23 aprilis 1951; quoad ceteros cappellanos recurri potest ad can. 14 CIC, et Conferentiae quoque Ep. decernere valent.

IV 42 – Pag. 89: Determinetur positio iuridica Vicarii Castrensis et cappellano rum militum atque relativis praescriptionibus canonics sanciatur: e. g. dicitur: «*Vicarius Castrensis Apostolicae Sedi sit immediate subiectus et eius iurisdictio in militum cappellanos sit immediata et exclusiva; ut militum cappellani, expleto munere iterum iurisdictioni Ordinarii proprii subiciantur, firma manente obligatione Vicarii Castrensis honestae cappellanorum sustentationi consulendi* (I Pater).

R. – Provisum est quoad substantiam per Instructionem de Vicariis Castrenibus a S. Congregatione Consistoriali die 23 aprilis 1951 editam, atque per alia documenta, praesertim Decreta erectionis singulorum Vicariatum Castren- sium. Plenius providebitur in novo Codice I. C.

I

II [n. 41, 25, 18-19]

veant inceptis/ad bonum spiri- 19
tuale militum provehendum.²⁸

II ²⁸ Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Epistula ad Em.mos PP. DD. Cardinales atque Exc.mos PP. DD. Archiepiscopos, Episcopos ceterosque Ordinarios Hispanicae Ditionis*, 21 iun. 1951: A.A.S., 43 (1951), p. 566: «Ideoque meminerint Episcopi animarum Pastores, tunc pastoralis ministerii opus impleri, si Vicario Castrensi libenter praesentare ac concedere velint nonnullos sibi subiectos sacerdotes, aptis quidem virtutibus exornatos, quibus Ille rite exercere valeat spiritualem militum curam, quos inter unicuique Praesuli nonnullas oves de concredito sibi grege annumerare fas erit».

III [n. 43, 89, 20-22]

IV [n. 43, 28, 34-35]

21 veant/inceptis ad bonum spirituale militum provehendum.⁴

22 veant inceptis/ad bonum spirituale militum provehendum.² 35

III ⁴ Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Epistula ad Em.mos PP. DD. Cardinales atque Exc.mos PP. DD. Archiepiscopos, Episcopos ceterosque Ordinarios Hispanicae Ditionis*, 21 iun. 1951: A.A.S., 43 (1951), p. 566: «Ideoque meminerint Episcopi animarum Pastores, tunc pastoralis ministerii opus impleri, si Vicario Castrensi libenter praesentare ac concedere velint nonnullos sibi subiectos sacerdotes, aptis quidem virtutibus exornatos, quibus Ille rite exercere valeat spiritualem militum curam, quos inter unicuique Praesuli nonnullas oves de concredito sibi grege annumerare fas erit».

IV ² Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Epistula ad Em.mos PP. DD. Cardinales atque Exc.mos PP. DD. Archiepiscopos, Episcopos ceterosque Ordinarios Hispanicae Ditionis*, 21 iun. 1951: AAS 43 (1951) p. 566.

42.

20

[*Mandatum generale*].

Mandat Sacrosancta Synodus,
 ut in recognoscendo Codice Iu-
 ris Canonici aptae definiantur
 leges, ad normam/principiorum
 quae in hoc Decreto statuuntur,
 perpensis etiam animadversio-
 nibus quae vel a Commissioni-
 bus vel a Patribus Conciliaribus
 prolatae sunt.

Mandat insuper Sancta Syno-
 dus ut Directoria generalia de
 cura animarum conficiantur in
 usum tum Episcoporum tum
 parochorum, ut/certae ipsis
 praebantur rationes ad pro-
 prium munus pastorale facilius
 aptiusque obeundum.

Conficiantur etiam tum spe-
 ciale Directorium de cura pasto-
 rali peculiarium fidelium coe-
 tuum pro diversis singularum
 nationum vel regionum/adjun-
 tis, tum Directorium de cateche-
 tica populi christiani institutio-
 ne,/in quo agatur de fundamen-
 talibus eiusdem institutionis
 principiis et/ordinatione deque
 elaboratione librorum ad rem
 pertinentium.

IV 43 – Pag. 89: In textu Mandati generalis declaretur quaenam Auctoritas
 confidere debeat varia directoria; in his conficiendis mens exquiratur Sacrae
 Hierarchiae nationum vel regionum quarum interest (*2 Patres*).

R. – Commissiones postconciliares id statuent, cum Mandatum nequeat ad parti-
 cularia descendere.

44 – Pag. 89: Inutilia videntur mandata, quia res praescriptae ad Sanctam Se-
 dem pertinent; loco «mandat» dicatur: «*exoptat S. Synodus*» (*2 Patres*).

R. – Non eadem sentit Sancta Synodus; quapropter non convenit mutatio.

45 – Schema de solo Codice latino loqui videtur, semper de Orientalibus silet (*1 Pater*).

R. – Semper de Orientalibus dicitur quoties possibile est eadem decernere pro
 universa Ecclesia; ceterum pro Orientalibus Ecclesiis decretum proprium exstat.

46 – a) Addatur Appendix quae contineat argumenta et lineamenta nonnulla-

III [n. 44, 89, 23 – 90, 3]

IV [n. 44, 29, 1-13]

MANDATUM GENERALE

43

MANDATUM GENERALE

23 44. (olim 42).

44.

29

24 Mandat Sacrosancta Synodus, ut in recognoscendo Codice Iuris Canonici aptae definiantur leges, ad normam principiorum quae in hoc Decreto statuuntur, perpensis etiam animadversoribus quae vel a Commissionibus vel a Patribus Conciliaribus prolatae sunt.

30 Mandat insuper Sancta Synodus ut Directoria generalia de cura animarum conficiantur/in usum tum Episcoporum tum parochorum, ut/certae ipsis praebantur rationes ad proprium/munus pastorale facilius aptiusque obeundum.

35 Conficiantur etiam tum speciale Directorium de cura pastorali peculiarium fidelium/coetuum pro diversis singularum nationum vel/regionum adiuntis, tum Directorium de catechistica populi christiani institutione, in quo/agatur de fundamentalibus eiusdem institutionis principiis et ordinatione deque elaboratione librorum ad rem pertinentium.

44 Decernit Sacrosancta Synodus, 45 ut in recognoscendo Codice Iuris Canonici aptae definiantur leges, ad normam principiorum quae in hoc/Decreto statuuntur, perpensis etiam animadversoribus quae vel a Commissionibus vel a Patribus Conciliaribus prolatae sunt.

Decernit insuper Sancta Synodus ut Directoria generalia de cura/animarum conficiantur in usum tum Episcoporum tum parochorum, ut/certae ipsis praebantur rationes ad proprium munus pastorale facilius aptiusque obeundum.

Conficiantur etiam tum speciale Directorium de cura pastorali peculiarium fidelium coetuum pro diversis singularum nationum vel regionum adiuntis, tum Directorium de catechistica populi christiani institutione, in quo agatur de fundamentalibus eiusdem institutionis principiis et ordinatione deque elaboratione librorum ad rem pertinentium.

rum legum in novum Codicem, et normarum in Directoria inserendarum (*1 Pater*). – b) Addatur in calce schematis «Appendix septima» quae in praecedenti schemate «De cura animarum» exstabat. *Ratio:* Haec enim Appendix ut prae oculis habeatur in conficiendis Directoriis nationalibus praescribitur (cf. notam 5 schematis) et utilissima aestimatur (55 Patres).

R. – Commissio postconciliaris praesto erit ad omnia documenta suppeditanda.

47 – Pag. 90, linn. 2-3: Loco «Deque elaboratione librorum ad rem pertinentium» dicatur: «*Deque normis ad elaborandos libros ad rem pertinentes*». *Ratio:* Ut clarius appareat non agi hic tantum de catechismo unieo, sed etiam de ceteris Directoriis. Etenim catechismus unicus in magnis nationibus non paucas affert difficultates (3 Patres).

R. – Textus sufficienter clarus videtur.

I

II [n. 42, 25, 33-35]

In iis/vero Directoriis conficiendis ratio item habeatur animadversionum quae/sive a Commissionibus sive a Patribus Concliaribus exhibitae sunt.²⁹

34

35

II ²⁹ In his autem Directoriis conficiendis in primis prae oculis haberi debent Directoria iam apparata a Commissione de Episcopis ac de dioecesum regimine et a Commissione de disciplina Cleri et populi christiani, quae referebantur in Appendicibus praecedentis schematis Decreti «De cura animarum».

III [A] *Ad n. 42 (nunc n. 44): P. 25: plures Patres [E/3044, E/2965] proposuerunt addenda haec verba: «Constitutiones omnium familiarum Religiosarum, quae operibus apostolicis incumbunt, ad principia in hoc Decreto contenta*

III [n. 44, 90, 3-6]

- 4 In iis vero Directoriis conficien-
 5 dis ratio item habeatur animad-
 6 versionum quae sive a Commissionibus/sive a Patribus Conci-
 liaribus exhibitae sunt.⁵
 [A]

IV [n. 44, 29, 14-15]

- In iis vero Directoriis conficien-
 dis ratio item habeatur animad-
 versionum/quae sive a Commissionibus sive a Patribus Conci-
 liaribus exhibitae sunt.

14

15

III ⁵ In his autem Directoriis conficiendis in primis prae oculis haberi debent Directoria iam apparata a Commissione de Episcopis ac dioecesum regimine et a Commissione de disciplina Cleri et populi christiani, quae referebantur in Appendicibus praecedentis schematis Decreti «De cura animarum».

adamussim et quam citius accommodentur». Sed de hac iam provisum in n. 35 (olim n. 33) p. 20, linn. 9-10.